DECAS DIATRIBARVM LOGI-
carum in sex Syllogas distributa:
IN QVIBUS
CANONES
LOGICI PRÆCIPUAM HA-
BENTES DIFFICULTATEM POTIS-
simùm ex Aristotele dijudicantur, enodantur, resolvuntur;
Ad disputandum antehac proposita privato
Exercitio.
SVFFRAGANTE VENERANDO
Collegio Philosophico Illustris Marpurgensis
Academiæ,
à
JOHAN-CONRADO DANN-
HAWERO, D. & Prof. Publ.
Editio IV. Correctior.



FRANCOFVRTI,
Sumptibus CHRISTIANI KLEINII,
Typis JOANNIS KEMPFERI.
Anno M. DC. LIII.

NOBILISSIMIS ET AMPLISSIMA
Prudentia Spectatissimis Viris:

DN. BERNHARDO à Rageneck / &c.
Prætori & Cancellario.

DN. PETRO Storck / CONSULARI.

DN. FRANCISCO RUDOLPHO
INGOLDT, XIII.-VIRO.

Illustris Academiæ Argentoratensis *Scholarchis.*
Magnificis, Dnn. Mecœnatibus & Evergetis
suis clementissimis.

QVi viros in sublimi loco constitutos, quales & vos estis, Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi, Prudentissimiq; Florentissimæ Academiæ Patriæ Dnn. Scholarchæ, Domini Gratiosissimi, *operibus suis præfigunt, ut inde sibi lucem fœnerentur; inprimis in* rei, *quam typis vulgant, laudes prius latè expaciari, deprædicare dignitatem, persuadere utilitatem operosè satagunt. Mihi eo labore non est opus, qui hunc meum partum in famæ templo suspendo,* Diis tutelaribus iis *sacrum, quibus preciosa semper habita sunt studia illa, sine quarum anticipatâ notitiâ non felicius quispiam ad superi res pervenire possit scientias, quàm Ladas aliquis currat sine pedibus, canat Tamyras sine carminibus, aut pingat Apelles sine coloribus. Reddenda mihi potius ratio est, cur* vobis, Domini sumisè colendi, *opusculum hoc Academicum addictam velim. In fronte autem pono* Gratitudinem, *qua me vobis obæratum novi totum, qui pati non possum, ut vestrorum tot beneficiorum memoria cum usu interrumpatur: cumq; illa fuerint publica, publico quoq; digna mihi visa sunt præconio, neq; furtivè, in angulo, atq; ad aurem; quod inficiendi genus est: sed in propatulo, sub dio, & in theatro Germaniæ concelebranda. Vestrum est, hoc munus magnum non à re oblatâ, sed ab affectu dedicantis, accipere animo sereno, quo etiam modo minores victima placebat Diis, cum hecatombas offerre facultas negaret: Paria facturus eram, nisi veßer mihi splendor ac felicitas abstaret. Succenturia-*

centuriata priori causa est, ut potentes haberem defensores contra omnes livoris morsus, qui mihi Vlmorum instar eritis, quibus adharet vitis humili naturâ arbustum, & cum aliàs per terram serperet, Vlmi quasi maniculis attrectatur, inq; magnam erigitur proceritatem Iam enim mihi palpitat pectus, & oberrant auribus ista voces; sepeliri isthac silentio debuisse, qua inclarescendi studium per nobiles inimiciti. praeferre videantur, (Momo scilicet judice:) Iamq; audio dicentem:

Non ideò debet pelago se credere, si qua
Audeat exiguo ludere cymba lacu.

Hos & similes albentis invidiæ ictus facilè amputatur vestra Authoritas, qua radio sui splendoris dissipabit nebulas istas plebecula, cuius ingenium cum bestiis ad terra pavimentum defixit vel natura, vel verius negligentia. Qui enim lucem fugiam, cui vos tanti Phosphori praelucebitis? Deniq; extare vobis aliquod argumentum volui, non prorsus à me susq; deq; habita Philosophia sanioris antiqua, immixta, (quo de me tacente, testabitur Sylloga V. Diatribæ VIIIæ Can. V) qua etsi non suppeditet aurum & gemmas, unde fiat λογεῖον illud pectorale Pontificis sacri, cavet tamen accuratè, nequid illius togam deformet impexum aut inhaneſtum. Semper me blanda illa imbuit opinio eluctari ex hoc errorum humanorum pelago facilius posse, qui cum sanctiori Theologia se manciparit, subsecivas tamen horulas Philosophiæ quoq; dandas, existimabit: gratulabitur sibi de felici successu laborum suorum non minus ac Naucleri de Alcedoniis celebrandus viso Helena sidere non solitario, sed socio. Vivite beatissimè Domini ac Mecœnates, *humillimo animo suspiciendi: Vivite* Choro, *ut à nutricibus vestris uberibus pendula Ecclesia diutissimè radices agat, crescat, vigeat; ut in seminario Ecclesiæ* Scholâ *pulcherrima victoriæ anceps palma maneat; Impensiorine curæ à vobis Literarum cultores promoti, an abiisdem ardentiori affectu redamati fuerimus, Vivite* Foro, *ut in rostris curiæ vestræ mutuus se osculis prosequantur* pax & justitia *Vivite* vobis, *ut aspirantibus divinæ*

vina gratia Zephyris membra corporum vestrorum contra morborum insultus firma, & contra senectutis imbecillitatem sint fidelia. Dabam Marpurgi, *è Museo, Idib. Ianuar. Anno M. DC. XXVI.*

Magnificentiæ Nobilitatis, ac Amplitudinis Vestræ

Cultor addictissimus, subiectissimus,

M. Joh. Conradus Dannhawer,
Poët. Laur. & SS. Th. Stud.

SCHEDIASMA

ad Lectorem,

IN LAUDEM ORNATISSIMI, Acutissimiq; Logici, authoris, Poëtæ felicissimi, &c.

INgenium si vis authoris noſſe Magistri,
Assidua hunc, lector, perlege mente librum.
Succinctos Logicæ canones complectitur artis,
Quos tibi solerti pagina docta dabit.
Quæ multis alius præcepta ambagibus usus,
Condidit, in parvum hoc contulit author opus.
Hæc tibi tu tenui coëmes compendia nummo.
„ Ingenio ingentes sicq; parabis opes.
Ergo promptus agas grates ex corde, Magistro,
„ Qui totam Logicam te docet arte brevi.

Authore Theodoro Vietore.
Prof. Græc. P.

[*]

SYL-

SYLLOGÆ PRIMÆ CANONUM LOGICORUM

DIATRIBE I.

CONTINENS CANONES DE Logicæ & Prædicationum Logicarum naturâ.

Præs. *M. Iohanne Conrado Danhawero, &c.*
Resp. *Iohanne Conrado Keipfio. Biberavienſi.*

CANON I.

Logica fabricat inſtrumenta ad docendi modos, Scal. Exerc. 1. ſ. 3.

NOn tam pro Helenâ certatum credo à Græcis, quàm pro genere Logicæ à πολυκεφάλῳ Logicorum vulgo: *Et quia etiam deformes buccæ ſuos habent baſiatores, Scalig. libr. 6. de re Poet. cap. 4.* hinc pro vero & germano genere multi falſum arripiunt. Quod habitus illa ſit mentis ὁμοθυμαδὸν conſpiratur: in ſapientiæ; intellectus aut prudentiæ faſtigium eandem nemo adhuc, quod viderim, ſublimavit. Pro ſcientia grandine potius, quam fulmine Argumentorum pugnatur.

Expositio Canone I. δηλῶ ὡς demonstro, scientiam non esse genus logicæ. II. ἀποφαίνω efficio illius Genus rectiùs Artem dici. In fronte autem, si scientiam opponans ignorantiæ & laxiori πραγματείᾳ utare, non repugnarem logicam vocare scientiam, nisi celeusmate arcano me Philosophus omni calumnia potior feriret, quàndo *l. 3. de Cœl. c. 8. t. 68.* ait, *Philosophi esse ἀκριβολογεῖσθαι, καὶ μὴ ὅσα πιθανὸν τοὺς λόγους ἀποδέχεσθαι.* Immò quia *scientiæ alicujus* ποιητικῆς idem meminit *libr. 3. de Cœl. cap. 7. text. 61.* largiar logicam hoc modo scientiam dici posse, ubi tamen scientiam ποιητικὴν & artem esse συνώνυμα omnes agnoscunt, si excipias λογομάχους. Cæterùm scientiæ indolem si accuratiori ζητήσει indago, invenio in illa non tantum animi scientis atque præceptorum exigi certitudinem, sed & objectum, (ὅπερ τὸ ὂν ἐπιστήμης ἄλλως, *lib. 1. post. c. 2.*) ἐξ ἀνάγκης καὶ ἀΐδιον: nec dum satis est: (nam quod Antagonistis vulgò obvertitur, res logicas esse notiones secundas contingentes, id adhuc nervum non rumpit, cum hæ non objecta, sed effecta logica sint) requiritur igitur ultra, ut sit περὶ τὸν ultimatè, ut θεωρία sistatur in objecti sui nuda contemplatione. *l. 1. Min. Met. c. 12.* At quilogicæ longè aliud est ingenium. Est enim in *illarum disciplinam classe, quæ etsi non semper extra hominem, extra contemplationem tamen exeunt, Scaliger Exerc. 307. sect. 23.* fabricat illa instrumenta sciendi, ut superior Canon ostendit, quorsum hanc Epigraphen analyticis suis præfixit Arist. ἀποδείξεις συλλογισμῶν. Sed intuere sis Medusæum illud caput, quod obverrunt.

In Logica inveniuntur certæ demonstrationes,

nes imò logicus de Syllogismo logico demonstrat, quod generet scientiam; de Sophistico quod errorum tesqua pariat. Reperiuntur in illa Canones infallibiles, præcepta necessaria. Ergò logica est scientia. Facile hujus argumenti robur emasculabit; qui πᾶσι ψεῦδος sentiet latére in majori: Illam igitur deducoad incommodum. In quacunque disciplina inveniuntur demonstrationes, &c. illa est scientia. Atqui verò nulla est disciplina, nulla facultas, nulla ars, quæ ira sibi noverba, ita infœcunda demonstrationum. Ergo nulla titulo artis dedignanda? ἄτοπον. Vin' illustrem minorem? En tibi Theologicam illam è causa finali. Quicunque creatus est ad gloriam Dei, illum necesse est bonis operibus studere. Sed omnis homo, &c. Et alteram medicam. Omnis mutatio est inter contraria; *l.5.ph.s.c.1 t.6.* Curatio est mutatio, *lib.5.hist.c.4.t.32.* Ergo Curatio est inter contraria; confer demonstrationem chirurgicam de difficili medelâ vulnerum orbicularium, *lib.1.post.anal.c.12.t.101.* Et ut perperam colligo Physicam esse opinionem; quia in illa multa leguntur ἔνδοξα, (*demonstrat quippe sæpe scientiâ τὸ μᾶλλον ἐνδοξότερον, lib.* 11. *Met. ph. c.6.*) præsertim cum certitudine sit inferior Mathematica: sic malè infero Logicam esse scientiam propter unam atque alteram demonstrationem. At dicis, demonstratio est syllogismus ἐπιστημονικός. Ergo ubi invenitur demonstratio; ibi etiam est scientia. Concedo de scientia particulari, de universali nego sequelam, quæ ex obiecto etiam, *l.1.post.anal.c.23.& fino l.1.a. Min. Metaph.c.2.* æstimanda est. Quod ur-

ges, Canones logicam habere infallibiles id est pro mea Andromache. Nam hoc interest inter axioma & Canonem, quod illud scientiis, hic Artibus ad πόησιν ordinatis sit domesticus. Reliqua argumenta sunt levioris armaturæ.

Deinde positus supra Canon est mihi tanquã Tegeæi dextra vialis, ex quo colligo logicam *artem* esse. Et hoc genus ipsa veritas extorquet. Quandoquidem Artis definitio, non spuria illa Lucani, sed Aristotelica *l. 6. Eth. c. 4.* sic se habet, quod sit ἕξις μετὰ λόγου ποιητική. Cum verò actio Logica neque θεωρία, neque πρᾶξις ad honestatem ordinata dici possit, ἐκόντ' ἀέκοντί γε θυμῷ fateantur oportet omnes, ejus ἐνέργειαν esse πόησιν, id quod *Zabar.* ὑπ' ἀληθείας ἀναγκασθεὶς, *l. 1 de nat. Log. c. 8.* diffiteri non potest, quando scribit *Logicam esse effectivum alicujus operis habitum.* Porrò logica non ars tantum est, sed συμπεπλεγμένως, *Ars Instrumentalis*, stante instrumenti definitione, *Zabar. l. 1. de Nat. log. c. 10. hausta ex l. 1 de Part. anim. c. 5. & Probl. divisione, l. 1. Topic. cap. 9.* Ex quo nascitur illud πόλεμος, logicam in dormiente esse quidem ἕξιν πως non tamen ἐνεργητικῶς. Scitè *Ramus l. 4. Schol. dial. c. 13. asserit, Logicam in præceptis positam esse mortuam.* Imitatur logica hac parte beatitudinem, quæ est habitus ἐνεργητικὸς, & Artem frenefactoriam, quæ extra controversiam est ars organica. Illud addo, quando logica ἐγκυκλιακὴ ars artium & scientia scientiarum nominatur, id non tàm ejus dignitati, quàm usus organici latifundio dandum, *vide Kecherm. in curs. Philos. disp. 10. probl. 1.* supereſt vires contrariorum Argumentorum, ut experiamur.

Ob-

OBJECTIONES.

1. Logica non producit opus externum, corporeum in sensus incurrens. Ergo Logica non est ars, *Resp.* Taceo jam quod non magis de operis artificiosi essentia sit *externum* vel internum: quam de essentia infantis intra vel extra uterum maternum esse: prodidisse se *Zabar. l.1.c.15.* exemplo artis nauticæ: Logicę opus esse internum, quo respectu dicimur πολλάκις αὐτὰς (λέγω ἔτω) λέγειν τὰς, *l.1. Top.4. l.2. de Cœl.c.12.t.80.* Nam his omnibus obverti potest: πᾶσιν nonad elicitum sed imperatum & transeuntem actum referendum, adeoq; necessariò omnem artem esse operis externi productricem. Nam si qualiscunque operis productio imanens, ποίησις dici debet, quid vetat θεωρίαν ipsam nominare ποίησιν, nam & in illa intellectus verba mentis exprimit. Atq; huc referri possunt, quæ disputat *Geilfus. in Exerc. Log. prod.1. theor.6.* Hic Rhodus, hic salta. Sic igitur concludo. Actus logicus e.g. syllogizatio. aut est elicitus, aut imperatus à voluntate. Posterius nemo asserit, nisi cui proiisdem est veri indagatio Logica, & πρᾶξις honesta prudentiæ, nisi cui volupe est accensere logicam iis artibus, quas *Arist. l.2. Pol. c.2.* βαναύσους appellitat. Ergo ejus actus est immanens, *in quo non differunt opus & operatio l.9. Metaph. c.8. t.16.* Ubi vel est θεωρία (quod falsum, quia Logicus actus θεωρητικὸν aliarum scientiarum errori obnoxiam habet pro objecto dirigibili potest enim circa actum θεωρητικὸν versari practicus & contrà. Unde objectum logicum sunt tres mentis operationem his enim formæ logicæ imprimuntur.

tur. 2. Logica non tantùm movet ad propriam operationem tanquam finem, quod est in scientiis, sed præterea proponit sibi alium actum distinctum à suo, quem non effectivè producit, sed objectivè & practicè dirigit ad certas regulas.) Vel præter actum immanentem θεωρητικὸν dandus adhuc est alius, quem sive practicum sive Poëticum appelles, perinde est: Hi enim in interiori intellectus recessu, stante διχοτομίᾳ *Arist. l. 3. de Anal. c. 10. t. 49. & l. 2. Met. c. 1. t. 1.* coincidunt, qui foris in actu imperato differunt. Quibus anticipatis apparet de natura ποιήσεως illiberalis ab actu imperato profectæ quidem esse opus externum producere, secus se rem habere in arte hac magis ingeniosa. Dicis; Cur Aristoteles in explicatione artis usus est exemplis artium Mechanicarum? *Resp.* 1. Id non esse καθ' ὅλου apparet exemplo *medicinæ l. 2. Phys. c. 1.* Deinde *adducimus exemplum, inquit ipse lib. 1. prior. anal. cap. 39. non ut eo indubitatò utamur:* ἐμβριθὲς γὰρ τὸ παράδειγμα, ἢ κατὰ πάντα, ἢ κατὰ πλείω. *Iustinus* 3. exemplis notioribus crassiorem Tyronum mentem juvare voluit divinus præceptor.

II. *Ars* inquiunt *habet principium operandi in alio l. 2. Phys. c. 1.* At logica secundum nos est immanens. *Resp.* 1. Ut Aristot. non loquitur de omni natura, quod enim ibi asserit, verum est, e. g. in tritico seipsum actuante, falsum in igne aquam calore imbuente: Ita non loquitur de omni arte, sed ut ipse se interpres explicat, *t. 3. de χειροποιήτοις*, quæ δημιουργήματα, *l. 1. de gen. & cor. cap. 9. t. 53. hoc est*, δημόσια Mechanicorum ἔργα appellantur. At ab indefinita Aristoteles propositione velle universaliter

liter concludere est ἀπὸ τοῦ ὁ ὁτιοῦν. Deinde negatur minor. Accipitur enim illic loci artis vox μεταφυμικῶς, pro re arte facta, quod patet ex addito exemplo. 2. Κλίνη καὶ μαπτὸν ὁ δημίου ὁ μὲν ἔχει μεθόλης ἕμφυτον; & sic etiam syllogismus (qui non in se ipso habet suæ productionis principium, ut triticum) agnoscit pro principio sui, extra se (ratione essentiæ non subjecti.) Intellectum artificem. Alia pluscula Argumenta non tanti sunt, quæ veritatem in bivio relinquant. Manum igitur de tabula.

Canon II.

Logica non docet differre, nisi differendo Logica est Instrumentum sibi & aliis.

Quemadmodum scribere docemus aut loqui alium, non nisi scribendo & loquendo. Ratio regulæ est, quia alioquin non posset evitari ἀπειρία, poscereret enim ipsa aliam scientiam, quæ modum differendi logicæ præscriberet, & hæc rursus aliam εἰς ἄπειρον. Ergo logica docendo utitur & utendo docet: hinc sequestrat sei ipsam à reliquis artibus, quæ doctrinam compositioni anteponunt, unde filium ordinis synthetici ipsa observat. His positis in fumos abeunt, quæ *Zab. l.* 1. *de Nat. Log. c.* 6. disputat, ubi pauca sunt ad salivam; quod scilicet logica rebus applicata & utens facta scientiæ sibi titulum emendicet. Contra concludit acutè *Cl. Dn. D. Rixing. Præceptor meus jugiter honorandus disp.* 1. *Log. th.* 28. Efficiens & effectum non sunt unum idemq; : logica est efficiens aliarum scientiarum. Ergo! videantur ibi plura. 2. Logica non docet, nisi differendo. Ergo

logica docens & utens non differunt formaliter, quod esset, si Logica utens fieret ipsa scientia realis? differunt autem tantùm externa denominatione, eadem utrobique logica est sive doceatur, sive alius eadem utatur. Omnis quidem scientia est Logica mens in casu auferendi, non nominandi.

Canon III.

In regulis prædicationum actus signatus mutandus est in exercitum.

Hinc *Zabar. in tab.* nomen prædicari & verbum esse idem significant, sed ordine inverso, e. g. in actu signato dico, Genus prædicari de specie. Ergo (in actu exercito) homo est animal: Intra actum signatum manendo fallit. Genus prædicatur de specie. Ergo species est genus, non sequitur.

Canon IV.

Modus prædicandi sequitur modum essendi, hinc dici de aliquo requirit inesse.

Nascitur ex priori Can. membr. 1. *prædicationum discrimen*, ut quæ prædicata sunt de rei essentia συστατικῶς, illa συνωνύμως, quæ contingentia, παρωνύμως (quorsum & noematicas & figuratas refero.) Quæ verò cum subjecto habent unionem μγοτροπον, inusitatè prædicentur, quas postremas relinquo Theologis, ne ultra suas crepidas saliat logica. 2. *prædicationum ordo*, nam quia accidens est in subjecto non contrà, rectè dico creta est alba, non contrà, & quia homo est in Petro, non con-

tra;

tra; hinc naturaliter dico Petrus est homo, non vice versa. Ex altero patescit *prædicationum veritas*, de qua *Arist. dicit l. 1. post. anal. c. 16.* πρὸς ἀλήθειαν ἐν τῶν ὑπαρχόντων δεῖ σκοπεῖν, confer præcipuè *lib. 4. Met. c. ult. t. 21.*

Objectiones.

I. De cane dicitur, quod non sit leo. Ergo hoc ipsi inest? 2. De Deo prædicatur omnipotentia. Ergo hæc ipsi inest, at οὐδὲν συμβαίνει ἀϊδίῳ, *sed in ipso omnia sunt* πάντως καὶ ἀϊδίως, *Damasc.* 3. De asino in hac propositione (si asinus volat habet pennas) dicitur, quod habeat pennas, Ergo habet pennas.

Resp. 1. Canon intelligitur de prædicabilibus, *quæ*, cum universalia sint, πλείοσιν ὑπάρχειν πέφυκε, *lib. 7: Metaph. c. 13. t. 45.* & proinde nullum datur prædicabile negativum, ubi tamen negationes privativæ ad naturam eorum prædicatorum, quæ inhærentiam significant, proximè accedere videntur, hinc ἕξεις πως, *lib. 5. Met. c. 12.* dicuntur. Deinde negare aliquid, non est propriè κατὰ τινος de aliquo, sed ἀπὸ τινος ab aliquo dicere. 2. Inesse vel est competentiæ sive veritatis, quo pacto *Arist. dicit l. 1. Top. c. 4.* κατηγορεῖται ὑπάρχειν τινί: vel accidentalis inhærentiæ. Deo inest omnipotentia non τυχόντως, sed ἀληθῶς 3. Habet Canon locum tantùm in Categoricâ. Nam in hypothesi conditio nil ponit inesse.

Canon V.

Οὐδαμῶς τὸ μέρος τοῦ ὅλου κατηγορεῖται, *libro 4. Topic. cap. 5.*

Ratio, Λεῖ γὰς τὰ ἴσα τῶν ἴσων κατηγορεῖσθαι, ἢ τὰ μείζονα τῶν ἐλάττονων, *Isa. cap.* 2. Et omne prædicatum aliquo modo includit suum subjectum, hinc non logicè dico, Petrus est humanitas, & paries est albedo, nam ibi natura de personâ prædicatur, cujus illa pars est : hic forma de concreto, cujus illa pars & quidem pars abstracta mentis ἐπινοίᾳ.

Objectiones.

I. De homine dicitur brachiarum esse 2. De eodem dicitur, quod sit animal; quæ sunt partes hominis. Et animal quidem etiam in definitione de homine enunciatur, ubi definitio constat ex partibus definiti.

Resp. 1. Accipe Canonem de prædicatione univoca, nam paronymicè prædicari partem de toto non est absonum. 2. Excipe partem essentialem Metaphysicam, nam quia animal præter materiam connotativè formam significat, hinc habet modum significandi completum & totalem : Et in hoc casu cessat ἀναλογία inter Genus & materiam, de qua *in Isag. c.* 3.

Canon VI.

Pars non prædicatur de parte.

Ratio, quia prædicatum debet consentire cum subjecto; At partes inter se necesse est dissentire. Πάντα γὰς τοῖς ἀνυπεναντίοις διαιρεῖται, *l.* 10. *Metaph. c.* 8. hinc abstracta substantiarum de se mutuò non prædicantur, habent enim se admodum partium: cur verò dicere possim in accidentibus, albedo est color, videatur *Suarez. disp. Met. l.* 6. *s.* 10. *n.* 3.

Canon

CANON VII.

Effectus non prædicatur de sua causa & contra.

Ratio, quia prædicatum vel idem esse debet cum suo subjecto, At ὅσα τῶν τὰ κατὰ γένεσιν αὐτῶν αὐτοῖς ἐστιν *lib.7.Top.6.* Causa verò prior est effectu. Vel saltem inhærere debet suo subjecto. Atqui nullus effectus est *in* sua causa, sed *ab* illa, Vide *l.3. de an.c. 2.t.110.& l.9.Met.c.8.*

OBJECTIONES.

I. Creatum esse à Deo, prædicatur de mundo. II. Calor de igne: illic, causa de effectu: hîc effectus de causa. *Resp.* 1. Causa non prædicatur de suo effectu scilicet in casu recto, deinde propriè loquendo prædicatum non est τὸ à Deo sed determinatio tantum prædicati. 2. Calor prædicatur de igne non qua effectus transiens, sed qua accidens in substantiam ignis receptum, hinc nullo modo logice Solem calidum dixeris, quia in ipsum calor non πάθημα recipitur, *vide Scal.ex. 102.s.5.& 74.s.1.*

CANON VIII.

Oppositа de se mutuò non prædicantur.

Ratio: quia, *quæ natura conjungit, vel disjungit in re, ea nos quoq; conjungimus, vel disjungimus in arte, Scalig. l.7. de Caus. L.L. c.142.* valet hîc Canon descendendo per omnes oppositorum species.

OBJECTIONES.

I. De Herode prædicatur, quod sit vulpes. 2.

De

De albo quod sit dulce in lacte. 3. Sapientia & scientia sunt species disparatæ, & tamen expressè sapientia scientia appellatur, *l.11. Met. c.1.* Et Metaphysica, quæ συνώνυμῶς (grammaticè) est sapientiæ, juxta veriorem sententiam patitur de.e prædicari scientiam, *l.1. post. anal. cap.9.t.71. & lib.3. Met.c.1.t.1.4.* Accidens est oppositum substantiæ, & tamen de illâ prædicatur. *Resp.1.* Intelligendus Canon de prædicatione propria, non tropica: hanc si ad propriam reduxeris, habebis paronymicam, e g. Herodes est callidus. 2. Accipiendus Canon de prædicationibus abstractivis, nam in concreto licet dicere, Album est dulce, propter ἑτεροιοὺν (lac) in quo uniuntur. Ubi singulariter observandum copulam *Est* in prædicatione non semper esse notam ἑνότητος, sed interdum ἑνώσεως. 3. Qui hoc argumentum objiciunt, viderint prius, qua ratione ex sua sapientia non efficiant Monstrum: nam *ex duabus speciebus mixtis sit monstrum, Scal. ex.268. & 102. sect.1.* Atqui ex intellectu & scientia (duabus speciebus) fit sapientia, *lib.1. M.M.c.23.* Deinde scientiæ vox sumitur, *l.6. Eth.c.3.* præcisè pro notitiâ conclusionis, dicitur enim ἐπιστητὸν, quod de scientia quatenus includit causas nemo dixerit. In *l. vero.1. post. anal.c.2.* sumitur cum inclusione causæ: priori quidem modo opponuntur sapientia & scientia, posteriori verò subordinantur: videatur *Scheibl l.1. Metaph.c.1.4.* Accidens vel abstractè, vel concretè sumitur, priori modo est oppositum substantiæ & non prædicatur,

tur, posteriori modo referuntur ad consentanea, Concretum enim est totum respectu subjecti.

Canon IX.

Genus non prædicatur de differentiâ suæ speciei, lib. 4. Top. cap. 1. l. 6. lib. 2. Metaph. c. 3. t. 10.

Ratio, quia *omne prædicatum essentiale debet suo subjecto ineſſe*, ut constat ex Can. 2. Nullum genus ineſt suæ differentiæ. Ergo nullum genus potest prædicari de sua differentia. Minor patet, quia aliàs in omni definitione committeretur πλεονασμός, e.g. in hominis definitione bis poneretur animal, 1. per se, 2. quatenus in conceptu differentiæ includeretur. Objicis? rationale, aut est accidens, aut substantia. Non illud, ut patet. Ergo hoc. Ergo genus (substantia) prædicatur de sua differentia. *Resp.* Substantia vel Metaphysicè accipitur, prout præcindit à completo & incompleto, & sic largior rationale esse substantiam, ut tamen hæc nondum sit illius genus. Vel logicè, quatenus in categoria est ens completum, & hoc pacto quidem substantia genus est, sed non respectu differentiæ, quæ incompleta est; atque hæc ipsa causa est, cur differentia non sit directè in prædicamento, contingeret enim substantiam (completam) prædicari de differentiâ (incompletâ.) Si tamen rationale sumas concretivè, prout implicat speciem, sic prædicabitur de illo genus. At quæris, *quî fiat, cur de genere dicatur differentia, & tamen non pari jure de differentiâ prædicari possit genus?* Responsio est in promtu; quia forma de-

nom:

nominat materiam, non hæc illam. Unde differentia, quæ respectu speciei est πραπτική, & proinde in Quid prædicatur, respectu generis est ποιοτική & in quale more adjunctorum enunciatur. Objicis porrò? Quæ sunt realiter eadem, illa de se mutuò possunt prædicari. At genus & differentia sunt realiter eadem, differunt tantum confuso & distincto, quemadmodum colore éminus viso non possum distinguere, sitne nigredo an albedo, cominùs verò accedente majori luce, agnosco esse albedinem, idem utrobiquè color est, etsi modò confusè, modò distinctè conceptus. Confer Keckermanni comparationem cum funiculo dilatato & nodo, &c. *Resp.* Majorem non concedo, quia ad Categoriam legitimam, præter terminorum ταυτότητα requiritur ulteriùs completa natura, repetè Canonem tertium. 2. Sint licet realiter eadem differunt tamen formaliter & conceptibus diversissimis, genus est conceptus conveniendi, differentia diseconveniendi.

His præstitutis apparet quid de nobili illa controversia sentiendum: *An Ens sit genus substantiæ quantitatis, qualitatis, &c.* Ἀποφασιν expositio Canode sic astruo. Nullum genus prædicatur de sua differentia, ὅπερ ἴδιον λέξαι. Sed ens (quod si genus esset, necessariò requireret differentiam, quàm enim absurdum est materiam comminisci sine forma, tam quoque fando est inauditum sine differentia genus fingere (prædicatur de sua differentia. Ergo non est genus.

Minor luculenta est, differentia enim Entis divisiva, quæcunq; proferatur, aut nihil est, aut ens.

Non

Non prius, quomodo enim determinetur ens nihilo. Ergo posterius, Viden' ut ut prædicetur de differentia genus. Quod cum sit ἀδύνατον, relinquitur ens genus esse non posse. 2. Ponamus Entis differentiam esse *simplex*, qua contrahitur ad Deum, tunc eo ipso *Deus* non amplius erit simplex, si quidem erit compositus ex genere (Ente) & differentiâ (simplicitate.) *Objicis*: Contrahens non est ipsum contractum. Atqui Ens contrahitur per simplicitatem, finitatem. Ergo de his non potest dici quòd sint entia. Manet igitur ens non prædicari de sua differentia. *Resp.* Hæc est natura transcendentium, ut contractum reduplicativè quidem sumptum differat à contrahente, non pariter si sumatur implicativè, qua ratione e.g. simplicitas imbibit & involvit, sed non adæquatè. Cæterùm de his consulatur transnaturalis sapientia.

Canon X.

Concretum non potest prædicari de suo abstracto.

Ratio, quia totum (excipe universale) non potest prædicari de sua parte. Concretum verò respectu abstracti est totum: nam abstractum est instar figuræ in sigillo, concretum instar formæ impressæ in ceram, hinc *Arist. l. 5. Met. c. 1. t.* ait, *simus est nasus concavus, concavitas verò est* ἀνδύλης.

Objectio. Calor ignis est potens calefacere. Calor ignis est potentia calefaciendi. Ergo quædam potentia est potens. En concretum de abstracto. *Resp.* Calor in majori sumitur concretè., sumitur enim

enim calor tanquam compositus ex calore & potentiâ calefaciendi (hæc enim non sunt simpliciter eadem, nam in sole est potentia calefaciendi, non tamen calor.) Minor sumitur ἐν ἀφαιρέσει pro potentiâ calefaciendi præcisè. Simile sophisma est illud, Ens est, quod habet essentiam. Essentia est ens. Ergo essentia habet essentiam.

Canon XI.

Ἀπὸ τῆς πρώτης ἡ δευτέρα κατηγορία ἐστί, *l. Categ. c. de subst. & l. 1. prior. anal. c. 28. & l. 1. Φ. c. 7. t. 62.*

Hinc *in individuis, teste Porphyr. c. 2.* ἀδιαιρέτως ὁ Πλάτων πάντα ὅρα. Ea propter enim individua dicuntur, quod logicè in partes ejusdem rationis dividi non possint, (nam alias e.g. Petrus potest frustillatim secari, sed in partes Physicas & integrales.)

Objectiones.

I. Individuum prædicatur de seipso, e.g. cum dico Petrus est Petrus. *Resp.* Prædicatio alia est formalis, sic appellatur 1. Quia omne prædicatum debet esse forma subjecti, quò respexit *Arist. quando l. 7. Metaph. c. 12. genus formam vocat.* Et quia forma prædicari solet in quale (nam quale est aliquid contrahens, & determinans esse ad tale) hinc *Arist. in c. de Subst.* tradit genus in quale prædicari. 2. Quia prædicatio formalis habet locum in iis, etsi realiter identificentur, formaliter tamen differunt. Alia est prædicatio identica. Negat Arist. Individuum prædicari priori, non posteriori modo.

II. Individuum prædicatur de pluribus, prædicatur

dicatur enim de hoc, de illo & alio individuo. *Resp.* Talis prædicatio non est univoca, sed denominativa, ut enim unitas formalis est passio entis, ita individualitas est passio Petri.

III. Johannes de multis prædicatur, nam & Johannes pistor vocatur Johannes, & Johannes sutor dicitur Johannes. *Resp.* Arist. excludit tantùm univocam prædicationem, hæ verò prædicationes sunt denominativæ, dicitur enim signum de signato, nomen de re.

His præstitutis hoc sequitur πόρισμα. *Individuum non esse prædicabile Logicum & formale, sed identicum & tautologicum.*

SYLLOGÆ I. ET II. CANONVM LOGICORVM DIATRIBE II.

Præs. *M. Iohanne Conrado Dannhawero, &c.*
Resp. *Henrico Trygophero, Wildungo-Waldecco.*

Canon XI.

Accidens prædicatur de substantia παρωνύμως, sive accidens denominat substantiam.

Obiectio 1. Ergo rectè dico, homo est albedo, *Resp.* Canon loquitur de accidenti concreto, hinc Philosophus *l.* 1. *Metaph. c.* 4. *t.* 14. Ἀνθρωπος, ἐστιν ἡ λευκὸς· ἀλλ' ὁ τὸ λευκὸν.

Obiectio. Ergo aqua calida ad gradum unum denominatur calida. 2. Ergo Æthyops dicetur

albus, cùm habeat dentes albos. 3. Cui verecundia ruborem extorsit, dicetur rubeus, si cæteroquin sit pallidus! *Resp.* Neutiquam, quia denominatio fieri debet à potiori, ut monet *Clar. Scheibl. in Logicis*, debet enim adiunctum inesse, 1. Satis intensè, hoc est, ultra medium, & sic expirat vis primæ objectionis. 2. Satis extensè, hinc Æthyops non propriè dicetur albus, quia albedo non est extensa per totum corpus. Unde subjectum denominationis, ut *Quod* non est pars rei, sed totum ipsum: excipe illa adjuncta, quæ non nisi in una certa parte esse possunt, quandoquidem homo crispus, simus, ea propter dici non potest. 3. Satis protensè, id est, satis diu, excipe ea accidentia, quorum natura est subitanea, sic sonus denominat rem sonoram, quamvis ipse citò transeat.

Obj. Ulterius 1. dormienti inest visus. Ergo dormiens denominabitur videre? 2. Spiritualitas est in homine. Ergo homo est spiritus. 3. In materia prima est generatio, cujus est subjectum. Ergo Materia prima est generabilis. 4. Oculus recipit speciem rei rubræ, manus rei duræ: Ergo ille ruber, hæc dura appellabitur? Ἄπτα cuncta. *Resp.* 1. Accipiendus Canon de proprio concreto formæ; At visus (potentialis) concretum propriè non est visus (actualis) sed visivum esse. Dormientem verò visivum dici non est ἀσύστατον. 2. Loquitur Canon de iis adjunctis, quæ insunt immediatè, in iis verò quæ insunt mediatè, non est κατὰ πάντος, sed tùm demum, si subjecto non inferatur contradictio, qualis esset, si homo (corporeus) spiritus diceretur; Alias rectè dico, rationalitas

talitas est in homine. Ergo homo est rationalis: *putat hic Mendoz. disp. Phys. 2. s. §. 25. hominem posse dici etsi non spiritualem, tamen spiritum, & ἀσωμάτως* dicere possum, homo est immaterialis, sed secundùm animam .3. Accidens denominat subsantiam, sed completam, sive totum suppositum, quod est subjectū denominationis, unde natum axioma, passiones sunt suppositorum. 4. Inflecte aliquantisper denominationem, substituendō pro nomine proprio communius: & dic oculum rubore, manum duritie informata esse, & tunc res erit salva. Ubi tamen in subjectis non vitalibus speciebus sensilibus informatis, rectè dixeris, exempli gratia, aërem illuminatum, vitrum viride.

Canon XII.

Quicquid de prædicato subjecti dicitur, id omne etiam de ipso subjecto dicitur, l. Cat. in Antepræd. Confer Scal. Exerc. 140. s. 1

In hoc Canone fundatur tota natura Syllogismi, cujus fundamentum est Dictum de omni & nullo. Ratio Canonis est, quia genus se totum tribuit speciei, Ergo omne quod in se continet, simul tribuit. Unde nascitur alter Canon. Nihil potest convenire generi, quod repugnet speciei. *Ratio*, essent cæteroquin duo contraria in eodem subjecto in eodem scilicet individuo natura generis, & propter hanc species, & tum id quod repugnat speciei.

Objectio 1. Animali inest esse alatum, quod tamen de homine non dicitur. 2. Contra alterum pugnat illud, *Zab. l. de Facult. anim, c.* 11. potentia

generativa est in animali, quæ tamen non est in omni specie, *quia ex putredine nata gignuntur, non gignunt, Scal. Ex.* 15. *Resp.* Si nul ad utramq; : Genus non potest plus dare speciei, quàm quod actu habet. Atqui genera πᾶς πλὴν φ' αὐτῶν ἀφορίζει δυνάμεις, ἤτοι, ἐνεργείᾳ δὲ ἀδήλοις, *Isag. c.* 3. Ergo ea quæ inferiorum sunt, continent potestate tantùm, particulariter atque contingenter. Unde apparet; Canonem debere de iis intelligi, quæ prædicantur universaliter, at nec alatum, nec generativum esse de animali omni dicitur, sed ut ipse *Arist. l.* 2. *de Anim. c.* 4. *t.* 34. distinguit, inquiens, φυσικώτατον ἐν τοῖς ζώοις ἴχνος, ὅσα, 1. τέλεια, 2. μὴ πηρώματα, 3. αὐτόματον γένεσιν ἴχνει τὸ ποιῆσαι ἕτερον τοιοῦτον αὐτὸ τὸ ζῶον τὸ ζῶον, καὶ τὸ φυτὸν, τὸ φυτόν.

Canon XIII.

Notio secunda prædicatur de primâ παρωνύμως, *sed immobiliter, hoc est, sine descensu ad inferiora.*

Ratio prioris membri est, quia accidit animali genus esse, sive concipi ut genus, hinc non est absurdum genus esse accidens prædicabile, quod verò *Porphyr. in c. de* Mecident. asserit : *Accidens esse* ὅτε γένος, ὅτε εἶδος, ὅτε ἀφορισμός, ὅτε ἴδιον, id accipiendum est de accidente reali, non intentionali. Ex posteriori membro solvitur sophisma tritum: Homo est species. Tu es homo. Ergo es species. At species est notio secunda, &c. Facilè occurres ex posito Canone, si respondebis majorem esse immobilem, id est, non distributivam, proinde non rectè aliquid subsumi posse.

SYL-

SYLLOGE II.

Continens

CANONES PRÆDICAMENTALES.

CANON I.

Prædicamentorum doctrina sua canitie venerabilis est, Keck. l. 1. syst. Log. c. 2.

Κατηγορία (metaphora sumpta ab accusatoribus, qui coram judice paucis σύντομα σύντομα dicunt) doctrina meritò Logicæ interseritur, ejus enim usu, est, 1. ἀναγωγικὸς, ostendit namque Logicæ objectum, cui formæ Logicæ infundendæ, differt tamen à rerum tractatione Metaphysica, 1. fine, qui ibi est speculativus, hîc practicus. 2. Modo cognoscendi, qui ibi est limatus, hîc exotericus, quomodo de anima Ethicus agit Arist. *lib. 1. Ethic. c. 13. 3.* Passionibus, quæ ibi sunt reales, hîc intentionales: Logica verò tota intentionalis dicitur, non objectivè, sed effectivè. 2. Eius usus est ὁριστικὸς ad definitiones struendas. 3. διαιρετικὸς juvat enim divisiones. 4. κατηγορικὸς ostendit in sua arbore, quæ superiora de inferioribus rectè enuncientur. 5. διαιρετικὸς, nam in prima apprehensione intellectus apprehendit sæpè res diversas tanquam unam, & contra: Hic autem defectus corrigitur per divisionem Entium. Hinc liber est juxta Simplicium. πρὸς ἅπασαν φιλοσοφίαν στοιχειώδης.

Canon insuper laudat hunc tractatum ab antiquitate, nata enim creditur hæc doctrina à Pythagoreis, quod vel ex numero constat, (quem Aristoteles servavit, ut Canitiem veneraretur, in veritate fortassis ita se non habet, per ea quæ disputat Mendoz. *disp.* 9. *Met. s.* 2. §. 16.) qui quod denarium perfectissimum statuerent, (inde etiam otum puto, decem digitis cancellatis fidem promitti mutuam ob numeri sanctitatem) eundem prædicamentis tribuerunt.

Canon II.

In prædicamentorum civitatem recipiuntur tantùm.

Entia per se, finita, realia, tota
Vox una, & simplex, rebus concinna locandis.

Excluduntur itaq; 1. Entia per accidens, nam Ens per se tantùm dividit *Arist. lib.* 5. Met. *c.* 2. intellige autem per Entia per accidens, non accidentia ipsa, nec ea quæ casu eveniunt, sed entia per aggregationem entium completorum, Huc referuntur omnia arte facta, quorum forma accidentalitas est qualitas, ad quod etiam prædicamentum ἀναγώγως pertinent. Nam quod aurum Alchimicum sit substantia. Ratio est, quia ejus forma est substantia. Objicis, sic iniuria tibipti est Logica, quæ suæ civitatis non sit inquilina, cùm ex multis habitibus totalibus sit aggregata. 2. Ultima sex prædicamenta sunt absolutè respectiva, ubi etiam est talis coacervatio. *Resp.* 1. Compensat in habitibus aggregationem subiecti & ordinis continuatio. 2. Dicuntur respectiva, quia

quia respectum transcendentalem connotant, hic nihil è confinio categoreo eliminat, nisi omnia entia eliminata velis, non prædicamentalem, nam ad relationem non est motus, *l.5.phys.c.2.t.10.* Ad ubi verò est motus. At quid sentiendum de *Numero*, qui est ens per aggregationem, & in quantitate habetur discreta eaque prædicamentali. *Resp.* Numerus non numeratus, sed numerabilis est verè. Ens per se, quia constant ex Materia, unitatibus, & forma, quæ est discretio, exempli gratia, in ternario ternitas: Ex materia autem & forma nascitur unum per se. *Obiectio* 1. Nulla species fit ex alia, ut homo ex equo: numerus fit ex continua quantitate, nam continui divisionem, sequitur numerus, tanquam effectus. Ergo numerus non constituit speciem cum quantitate continua. 2. *Obi.* Quantitas est divisibilis. Numerus non est divisibilis, quia jam est divisus. Ergo numerus non est quantitas. *Resp.* 1. Quamvis una species formaliter sumpta, ut tota est, non possit componere aliam, potest tamen materialiter, qualiter ex materia hominis vermis nasci, quaternarius ex duabus binariis componi solet. 2. Omnis quantitas est divisibilis, sed illa potentia, quæ est in quantitate discreta, est conjuncta cum actu, sic actu ambulantem dico ambulare posse.

II. Ens infinitum in essentia *Deus*, non quantitate, qualis est linea de prædicamento quantitatis. *Ratio*, quia quæ in prædicamento locantur, necesse est esse vel genus, vel speciem, vel individuum. Deus horum nihil est. Non genus omni-

bus confitentibus. Non ſpecies, 1. quia hæc compoſita eſt ex genere & differentia: ſed Deus non agnoſcit ſupra ſe genus, cujus perfectibilem naturam ipſe puriſſimus actus reſpuit, non differentiam, hæc enim reſpectu generis eſt πρακτικὴ δυναμικὴ καὶ θεωρητικὴ, reſpectu ſpeciei ἀδιαιρετικὴ: Quid verò in Deo eſt imperfectum, quod πρακτικὸν confuſum quod diſtinctione: totum, quod diviſione: infectum, quod conſtitutione egeat? Deinde ſpecies porrò non eſt. 1. Quia hæc univerſalis prædicatur de multis numero eſſentiali differentibus: Deus quidem prædicatur de tribus perſonis, ſed ut natura de perſonis, quibus communicetur non κατὰ μέθεξιν, ſed ἀνεξιδιώτως. Perſonæ intra eſſentiam divinam differunt, propter relationes oppoſitas, ſed non eſſentialiter, faciunt enim ἄλλο καὶ ἄλλο, non ἄλλο καὶ ἄλλο. 2. Species multiplicantur cum ſuis individuis, ut *Abrah. Iſaac. Iacob*, ſunt tres homines. At *Pater*, *Filius*, & *Spiritus S.* non ſunt tres Dii, ſed unus: nam licèt ſeparatim, *Deus* ὡς οὐσιωδὴς ſumptus, de perſonis dici poſſit, non tantum poteſt de ſingulis coniunctim. *Ratio*, quia tunc κοινωδὴς accipitur. 3. Deus quoq; non eſt individuum prædicamentale, nam tunc individuum eſt vox concreta, ſignificans pro materiali naturam realem ſingularem, pro formali ſecundam notionem individui, quæ eſt relatio inferioris ſubjicibilis ad ſpeciem, quia verò ſtante ſimplicitate Dei, nulli etiam ſpeciei ille ſubjicibilis eſt, Ergo non etiam individuum erit. Eſt quidem ſubſtantia prima ἐνυπόστατος, non χριστὸς in relatione ad ſubſtantiam ſecundam ſuperiorem. *Obiectio 1.*

Characte-

Characteres hypostaticos. 2. Increatum & alia attributa esse differentias Dei. *Resp.* 1. Quærimus de differentia Dei ἀναδῶς, non ὑποστατικῶς accepti. 2. Increatum esse non est Dei differentia, sed expressior conceptus, nam τὸ increatum esse vel est idem cum Deo, vel non: si prius, non est differentia: si posterius, erit creatum, nam quicquid extra Deum positivè est, creatum esse necesse est. *Obiectio.* Deo tribuuntur membra κατ' ἀναλογίαν, Ergo saltim genus analogum habet. *Resp.* Est dispar ratio: Membrorum analogia fundata est non in essentia, sed in communibus operationibus, per membra enim intelliguntur membrorum ὑπερέχματα. genus autem significat ipsius essentiæ communitatem. *Obiect.* Deus habet genus etsi non rigorosè sumptum. *Resp.* Eadem est ratio prædicamentorum quæ definitionis, sed ad hanc requiritur genus in rigore sumptum, unde *l.* 7. *Met. c.* 4. dicit, tantùm speciem definiri.

Nihilominus συγκατάβασιν quadam ad juvandam conceptuum nostrorum infirmitatem, ad substantiam se reduci patitur.

III. *Realia.* Sunt enim τῶν ὄντων κατηγορίαι, *lib.* 3. *Phys. c.* 1 *t.* 3. Excluduntur igitur non entia, entia rationis, privationes. *Ratio*, quia quæ ex sua scientia Metaphysica expellit, illa Logica non recipit, idem utrobique objectum, etsi ἀφαιρέτως tractatum. 2. Quia, quæ in prædicamentis ponuntur, vel dant vel accipiunt essentiam. At non entia tollunt, privationes negant essentiam. Cœcitas enim dicit aliquid non esse in oculo: Entia rationis sunt similiæ tantùm entium. De prædicamen-

to signi quod quidam hîc otiosè fingunt, videatur, *Cl. Scheibl.*

IV. *Tota.* Ergo excluduntur omnes partes, *Ratio.* 1. Quia non possunt fieri prædicata, ut constant ex *Canone* 5. & 8. *Syllog.* 1.

Obiect. 1. Anima est genus vegetativæ sentientis, &c. & tamen est quid incompletum. 2. Elementa dum sunt in mixto, linea, superficies, albedo, &c. sunt entia incompleta. Ergone è prædicamentis rejicienda? *Resp.* 1. Anima etsi sit incompletum quid Physicè, Est tamen completa Logicè, quatenus genus est. 2. Excluduntur incompleta potissimùm substantialia, (quippe elementa esse formaliter in mixto pugnat cum totâ Philosophia, ut alibi constat) nam accidentia aliquando completa fieri possunt, e. g. Etsi linea superficies, &c. sint incompleta Physicè, completè tamen considerantur in ἀφαιρέσει Mathematica; Albedo si assurgat ad gradus 8. quem pono graduum horunce apicem, completa tunc est, etsi in gradibus inferioribus sit incompleta.

V. *Vox una.* Quatenus scilicet opponitur *Multo*, non tamen compositionis, sed significationis ratione, uti multum accipitur, *libr.* 1. ἀκρόαμ. *c.* 4. Uno verbo, Æquivoca excluduntur. Rationem dat *Scal. Ex.* 301. *s.* 1. Bonus Metaphysicus non partitur æquivoca, tanquam in species, quorum natura & essentia nihil est aliud quàm significare. Ea quæ in prædicamento reponuntur vel dant, vel accipiunt essentiam. Quid æquivocum? Nomen 2. significat sæpè res diversorum prædicamentorum, Intellectus, e. g. significat substantiam

am qualitatem & actionem. Dicis, sic nulla res foret in Categoria, quæ enim est res, cui non ἀναλόγως similis pingi possit. Unde nascitur homonymia. *Resp.* Observari hic Canonem alium oportet: Analoga stare pro suo significato famosiori.

VI. *Simplex.* Eradicantur igitur concreta: Justum non est in genere, *Arist. l. 3. Top. c. 1. Ratio*, quia, quicquid constant ex rebus diversorum prædicamentorum, non potest esse in Uno certo: nam quia τὸ δίκαιον ἐκ συνθέτου ἐστὶ φανερὸς καὶ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, propterea ἐν πῶς ἐστιν, *lib.* 8 *Metaph. t.* 6. *t.* 16. Unde album, ut alii loquuntur, est qualitas non in sensu totali, sed formali. Contrarius est *Franciscus Murcia disp. supra prædic. q.* 2. argumentum præcipuum hoc est. Completa in prædicamentis locantur, incompleta arcentur. Album est completum, Albedo incompleta. Ergo non hæc, sed illud est in Categoria. *Resp.* 1. per ὑπόστασιν, *Ratio:* Cur Albedo sit incompleta, & proinde è prædicamento rejiciendæ illa est; quia componit album. Argumentor: Quod componit album, id propterea arcendum à Categoriâ. Atqui ipsa substantia componit album, Ergo. 2. Non satis est habere completam naturam, sed requiritur ultrà natura incomplexa. 3. Albedo est incompleta, quatenus pars formalis, componens album: est tamen completa. *Physicè*, quatenus est in 8. gradu, sic enim est totum integrale. 2. *Logicè*, quia est totum universale, prædicabile de hac & illa albedine.

VII. *Rebus concinna locandis*, hoc est, ea quæ prædicata vel subiecta fieri possunt, hinc excluduntur abstracta substantiarum.

SYL-

SYLLOGÆ SECUNDÆ CANONVM LOGICORVM DIATRIBE III.

Præs. M. *Iohanne Conrado Dannhawero, &c.*
Resp. *Abrahamo Staudenio, Francobergensi Hasso.*

CANON III.

Nulla substantia ineſt ſubiecto, cap. de Subſtant.

Inhærentia ſcilicet propriè dicta, & ſic ὁριζόμενοι λέγεται, ὅτι πως μέρος ὑπάρχει, ἀδύνατον χωρὶς εἶναι ἢ ὑπάρξαι, *l. Categ.* ad quem locum videantur ex Toleto ſpeciales obiectiones apud *Clariſſ. Scheibl. in Introd. Log. c. n.* 20. *& in Top. c.* 8. *n.* 22. Ratio regulæ eſt, quia ſubſtantia per ſe ſubſiſtit (per ſe opponendo non dependentiæ qualicunque, ſed inhærentiæ tantùm.) Ergo non eſt in alio ſubiecto. Notandum tamen ſubſtantiam poſſe in alia ſubſtantiâ eſſe. 1. συνεκτικῶς, ut ſanguis in vena, aqua in ſpongia, homo in ſuo loco. 2. ἀφῃρημένως, ut annulus in digito, nix in pariete. 3. ἀφαιρετικῶς, ſic fatetur *Ariſt. 2. de Anim. t.* 4. animam eſſe in corpore. Ita enim ibi argumentatur: Nullum corpus eſt in ſubiecto. Anima eſt in ſubiecto. Ergo anima non eſt corpus. Confer *l.* 4. *Met. c.* 8. *t.* 15. Nunquam tamen ſubſtantia poteſt ineſſe ſubiecto ὑποστάσεως propriè dicta.

CANON IV.

Subſtantia prædicatur συνωνύμως, cap. de Subſtant.

Eſt ſubſtantiæ proprium, Quod μὴ ᾖ, non πανὶ ὑπάρχει.

ὑπάρχει. Nam primam substantiam non prædicari vidimus suprà. Et per hanc proprietatem segregatur ab accidente secunda substantia, etsi enim in esse *in* videantur eandem habere naturam, differunt tamen, quod accidens insit πτωτῶς, hæc συστατικῶς, ut pars essentialis, & proinde συνωνύμως prædicetur. Objicis, etiam Accidentia Universalia συνωνύμως prædicari. Ergo Canon non est Catholicus. *Resp.* Non tamen prædicantur de substantia συνωνύμως, cùm hac enim κίσει Canon intelligi debet.

CANON V.

Substantia non potest intendi & remitti.

ET

Ὄντα μίμησιν ἴχει τὸν ἀριθμόν, *lib.* 1. *Metaphys. cap.* 6. *t.* 6.

Rationes sunt multæ, 1. Propter substantiæ indivisibilitatem jam in omni Philosophia receptũ est generationem esse in Impartibili, *l.* 6. *φ. c.* 5. *t.* 45. *hinc Sal. Exerç.* 290. *sect.* 1. Verus Philosophus præses hujus verbi (generatur) omninò segregatà Schola. Qui sic? Fieri enim est divisibile, factum esse individuum, *l.* 2. *post. c.* 12. 2. O. Substantia corporea est quanta. O. quantum habet partes extra partes. Ergo nullum quantum habet partes intra partes, quod est in Intensione, quâ eadem formâ firmius radicatur in subjecto. 3. Si substantia apta esset remitti, tunc susciperet sui contrarium, quia τὸ ἧττον μίξις ἀεὶ ἔχοντος. *lib.* 5. *φ. t.* 45. 4. Est experientia manifesta in aqua reducente se ad pristinum frigus: sic namque forma substantialis remissi-

bilis

bilis esset, certè remitteretur remissa frigiditate, ut enim à dispositione forma pendet, ita quoque ab intensione dispositionis illa ipsa pendet. Ergo tunc impossibile esset aquam se reducere ad pristinum frigus, cùm forma remissa se nequeat intendere, ageret enim ultra vires. *Obiicis*: Omnem essentiam etiam accidentium esse in impartibili, *Scalig. Exerc.* 268. cum hoc tamen stare posse remissionem qualitatum. Sic Substantiam, licèt sit indivisibilis, quoad essentiam, tamen remitti posse. *Resp.* Indivisibile aliquid dicitur tribus modis: 1. Logicè, quoad essentiali prædicata, quo pacto, non potest aliquod prædicatum essentiale detrahi ab essentia aliqua manente eadem essentia, hinc si à luce detrahas prædicatum illuminandi, fiet non lux. Potest hoc declarari exemplo Ulnæ, quæ quatenus lignum potest dividi in partes integrales: quatenus verò ulna est *secundum formale* non potest dividi, à qua, si quid abstrahas, non manet amplius ulna, *hinc Aristot. l.* 10. *Met. c.* 1. οὐ τῆς γεγραμμένης χρῶντες εἰς διαιρέτῳ τῇ ποδιαῖ. Et sic tã substantiæ, quam accidentis essentia consistit ἐν ἀτόμῳ. 2. Indivisibile aliquid dicitur Physicè in partes integrales, ut spiritus, anima hominis, quæ respuunt omnem quantitatem. Atque hoc modo O. Substantia corporea & omne accidens corporeum dividi possunt. Formæ non inveniuntur cædem in alio magis, in alio minus, *inquit Scal. Exerc.* 101. *sect.* 4. *sed mox sequenti sectione*, nihilominus, *ait*, forma in infinitas partes dividi potest: nulla enim formæ portiuncula quantulacunque datur, quæ non fit

ad

ad quantitatis sectionem partibilis, si materialis forma est, ut anima canis. 3. Indivisibile in partes graduales, quæ diversissimæ sunt à partibus integri, ut constat ex consideratione accuratiori naturæ intensionis & remissionis, & sic qualitates sunt divisibiles, substantia minime. Et hoc modo substantia non est capax divisionis; ut patuit suprà. Sine fundamento distinguit *hic Zabar. lib. de Mist. c. 7. & seq.* inter intensionem & remissionem, atque susceptionem magis & minus, porrò quod remissio contingat vel cum, vel sine variatione specie. Nam nulla remissio alterativa, & qualitativa potest stare cum variatione speciei: facit enim alteratio non ἀπὸ sed ἀπὸ τοῦ: Et quando in substantiâ variatur species, id non fit remissione, sed generatione. Gratis igitur hæc distinctio à Zabarellâ confingitur. Quibus positis apparet, non manere elementa formis refractis in mixto, sed virtualiter tantùm, quod hîc tantum, delibamus, alibi susius declarandum. Expediam tantum paucis crassum illum errorem, quem quidam πρὸς ὀλίγα ἐπιβλέψαντες ab experientia hauriunt. Dicunt enim ὀφθαλμοφανεῶς patere in accensa strue lignorum, lignum resolvi in sua elementa, è quibus constitit, *& ut Scal.* ἐμμελῶς (*dubito an satis ἀκριβῶς*) *loquitur*: Iustus Rex (Ignis) suum cuique reddit hercisscens familias & finium regnandorum iniens rationem. Ergò ex ligno terræ cineres, aquæ humorem, aëri halitum distribuit: sibi, quod vulgi oculos fallit, animos haud latet sapientum sumit atq; servat, *Exerc. 9.* At, inquam ego, resolvi mixtum in elementa non resoluti one

locali,

locali, sed generativâ quod enim è ligno exit aqua, cinis, &c. id non signum est sufficiens formaliter hæc elementa latuisse in ligno, vel id evenit, 1. quia inductæ fuerunt dispositiones elementares, ad quas generatione consequuta est forma elementaris, 2. experientia illa tantùm locum habet in viridi ligno, ubi humor exiens non fuit pars mixti, sed alimentum, quod arbor per poros & radices suxerat. Sed hujus controversiæ accuratiorem expeditionem reservo in Physicam.

Canon VI.

Prima substantia est κωλυτικῶς πρώτων τὸ μάλιστα λεγόμενον. Hinc μὴ ὄζει τῶν πρώτων ὄσιον, ἀδυνατῶν ἄλλων τὸ εἶναι, c. de Subst.

Videtur hic Canon superiorem tollere, seu videatur tantùm tollere, non tollit. Ille enim loquitur de substantiæ essentia, hic de officio substandi. Exempli gratia: Imperator quâ homo non est magis talis quàm rusticus, est tamen illustrior officii dignitate. Ita prima substantia, quia etiam suffulcit secundam. Hinc ob accidentale officium κωλυτικὸν appellatur.

Canon VII.

Substantia significat hoc aliquid.

Ratio; illud vocamus hoc quod quasi digito monstramus. At nullum accidens, sed substantiam ipsam digito demonstro. Unde natum axioma, passiones sunt suppositorum. Propterea *Armandus de Bello Visu tractat. 2. Termin. Philos. c. 290.* tria requirit, ut aliquid dicatur, hoc aliquid: 1.

Ut sit

Ut sit res singularis. 2. Ut sit perfecta, non pars. 3. Ut sit per se subsistens.

Canon VIII.

Substantiæ nihil est contrarium.

Contrarietate scilicet propriè dicta, alias si prô iisdem habeatur contrarium, & diversum esse, etiam substantiæ citra qualitates sibi contrariantur. *Contraria* autem propriè dicuntur ea: ὅσα μὴ οἷόν τε ἅμα παρεῖναι τῷ ἀμφοῖν δεχτικῷ, *l.* 8. *Met. cap.* 10. At Substantiam nulli subjecto in esse evictum est Canone. 3. *Obstat.* unum, formæ substantiales, e. g. forma ignis & aquæ sub eodem genere maximè distant sunt in subjecto, & expellunt se mutuò: Ergo substantia est capax contrarietatis. *Resp.* 1. Canon hic loquitur de substantia prædicamentali & completa. 2. Illæ formæ non sunt sibi contrariæ per se, & ex se, sed quia materia est incapax duarum formarum substantialium simul, hinc per accidens se mutuò non patiuntur, sic motus ascensus & descensus non sunt propriè contrarii, nihilominus non possunt simul esse, propter materiæ subjectæ incapacitatem, quandoquidem non potest esse simul in duobus locis. Qualitates verò se mutuò expellunt, non quòd materia sit incapax illarum (nam plura accidentia possunt esse in eodem subjecto, si officio differant, quemadmodum disparatæ species, dulcedo & albedo sunt in lacte) sed propter alternas ipsarumet rixas. *Objicis?* Formas esse radices contrariarum qualitatum, Ergo oportet & ipsas esse contrarias. *Resp.* Non sequitur: Sol & Luna sunt

 principia,

principia, ſiccitatis ille, hæc humiditatis, nec tamen ſunt contrarii.

Canon IX.

Subſtantia eſt ſuſceptiva contrariorum.

Ratio; Quia ſubſtantia eſt fulcrum accidentium, at hæc ſunt contraria. At objicis 1. Ignis non ſuſcipit frigus, nec homo irriſibilitatem, 2. Sic fieri poſſet, ut duo contraria reciperentur in eodem. 3. Subſtantiæ maximè propria eſt hæc aptitudo ſuſcipiendi contraria, Ergo ἀνλιςόφως, Q. recipit contraria, eſt ſubſtantia. Sed quantitas tanquam πρῶτον δεκτικὸν ſuſcipit contraria. Reſponſio eſt facilis, 1. Ignis eſt quidem ſuſceptivus frigoris ex ſe, quemadmodum caloris aqua, par ratio. Utrique enim ſua qualitas eſt connaturalis: Quod verò actu non ſuſcipiat frigus, id eſt, per accidens, propter ignis acrimoniam & activitatem maximam, quâ ipſe tyrannus omnia depopulatur, nulli ſuperabilis hoſti. Deinde irriſibilitas non eſt riſibilitati contrariè, ſed privativè oppoſita. Hinc argumentum ſit ἀναπόλιθον. 2. *Subſtantia recipit contraria, ſed ut ſeriatim unum poſt alterum ſequatur Scal. Ex.* 307. *ſ.* 15. 3. Paſſiones ſunt ſuppoſitorum. Ergo & ſuſceptivum eſſe non eſt eius *quo*, ſed eius *quod* (nempe ſubſtantiæ) recipit accidentia.

Canon X.

Quantitati nihil eſt contrarium.

Ratio. 1. Quia contraria ſe mutuò expellunt: at expellere eſt agere, quantitatis verò nulla eſt efficatia. 2. Quantitati, ſi quid eſſet contrarium, tunc

tunc illud esset, vel ens aliquod extra suum prædicamentum: vel intra suam categoriam. Non primum, quia contraria sunt sub eodem genere πλείστον διαφέροντα. Non secundum, sic namque vel eadem quantitas esset ejusdem speciei vel diversæ, non illud, quia contraria necessariò debent specie differre: non hoc sic se invicem non excludunt è subjecto, sed necessariò sunt conjuncta exemplo lineæ & superficiei.

Objicit Ramus l. 3. Schol. dialect. c. 7. Locum sursum esse contrarium loco deorsum. *Resp.* 1. ex *Peter. l. 14. c. 2.* Sursum & deorsum dicuntur contraria, non quatenus talia, sed quatenus in loco superiori conservantur corpora levia, & corrumpuntur gravia & contra. 2. Ex *Zabar. in Tab. 115.* Distantia quæ facit veram contrarietatem non debet esse *localis*, sed requiritur distantia *essentiæ & naturæ*. Videantur loci citati.

Canon XI.

Quantitatis nulla est efficacia.

Ratio. Quia sequitur materiam, de qua *Arist. l. 1. de gen. & cor. t. 55.* ὑλη παθητική, principiatum verò non est nobilius principio.

Objectiones.

1. Quantitas est sensile commune. Ergo movet sensum, at movere est agere. 2. Orationes magicæ sunt quantitates, & tamen illarum multa est efficacia. 3. Dies critici in schola Medicorum, anni Climacterici, item numeri Apocalyptici, *Apocal. 11. v. 2. & c. 13. v. 6.* videntur habere aliquam

vim efficiendi. *Resp.* ex communi Physicorum sententia, sensile commune non sentiri per speciem propriam, sed per speciem sensibilis proprii, modificatam tamen à sensibili communi: quia sensibile proprium & commune habent se, ut res & modus. 2. In Oratione spectantur duo, materiale quod est sonus, formale quod est mensura morularum, in motu vocali, propter quam ad quantitatem refertur: efficacia illa neutri debetur, non sono, qui intentionalis ex se realem effectum non producit: non mensuræ illi: nam hujus officium est significativum, μέτρον γάρ ἐστι τοῦ ποσοῦ γνώστικον, *l.* 10. *Metaph. c.* 1. Ergóne effectivum 3. Dies anni, &c. habent efficaciam, non qua tales, sed κατὰ συμβεβηκός, propter adjunctas alias qualitates: deinde recensitæ qualitates sunt evĕtus alius σημαντικῆς non ἐνεργητικαί.

Canon XII.

Quantitas habet partes extra partes.

Sive quod inde sequitur quantitas est divisibilis: habet, exempli gratia, Angelus hanc potentiam, ut possit se ad puncti ἀδιαιρεσίαν contrahere, & rursus diffundere se extensionem, quam habet virtualem: corpora verò quanta non patiuntur partium suarum immeationem, Hinc colligo non firmum esse illorum argumentum, qui probant quantitatis realem diversitatem à substantiâ, ex condensatione & rarefactione hoc modo, substantiâ immutatâ potest quantitas mutari, nã in rarefactione, exempli gratia, ceræ eadem manet substantia, quamvis quantitas sit mutata. At

inquam

inquam ego, in rarificatione & condensatione eandem manere quantitatem: si enim in rarefactione adderetur nova pars substantiæ, & sic (præterquam quod contrarium defensitantes, hoc non admittant) fieret generatio: vel illa pars quantitatis erit sine subjecto, quod inauditum: vel subjectatur in eadem parte quantitatis, in qua subjectatur præexistens, & sic dabitur dimensionum penetratio sive partes erunt intra partes. Pari modo etiam ratiocinari possumus in condensatione. At instas: In rarefactione sic corpus fit magis extensum. Ergo magis quantum. Regero, est quidem tunc magis extensum quoad actum secundum, sive in ordine ad locum: non quoad actum primum, quem Metaphysici extensionem quantitativam aptitudinalem appellant. Sed de his alibi.

Objectio. O. quantum est divisibile, quia quantitas divisionis est radix. Cœlum est quantum. Ergo Cœlum est divisibile, at cœlum est ἀμέριστον, ἄφθαρτον, ἀναλοίωτον. ἀπαθές, *libr.* 1. *de Cœlo tit.* 18. *Resp.* Etsi quantitas cœli non sit divisibilis ratione subjecti, in quo est, divisibilis tamen est ex se, & ratione sua: sic materia cœli non appetit alias formas, non quod hanc aptitudinem amiserit, sed per accidens, quia formæ lege cohibetur, ut materia.

——— adultera terrea cum sit,
Hæc teneat formam perpete lege suam.

SYLLOGÆ II. ET III. CANONVM LOGICORVM DIATRIBE. IV.

Præs. M. *Iohanne Conrado Danhawero, &c.*
Resp. *Bernhardo Angelo, Rüsselsheimensi.*

Canon XIII.

Quantitas respuit intensionem & remissionem.

Ratio sumitur ex Canone priori, nam ad intensionem (quæ nihil est aliud quàm graduum ejusdem formæ in eadem parte subjecti major Unitio (requiritur positio partium intra partes: At quantitas est impenetrabilis, nec habet partes intra partes. At, inquis, quid aliud est condensatio & rarefactio, quàm intensio & remissio? *Resp.* Si hæc instantia locum inveniret, tunc in condensatione quantum intenderetur, in hoc enim videtur esse major quantitatum unio: At hoc absurdum, 1. Si enim densum esset magis quantum tunc etiam magis esset impenetrabile, quod falsum, etsi enim tenue facilius perrumpatur, non tamen penetratur, multum enim interest inter partium *ruptionem* & penetrationem. 2. Intensius dicimus majus, hinc intensius frigus majus appellatur: At quod densius est, dicimus minus. Ergo quod densius est, non est intensius.

Canon XIV.

Qualitates sibi mutuò contrariantur.

Ratio, quia qualitates sunt activæ, propterea enim formam sequi dicuntur (nam & figura dicitur sequi formam 1. Quatenus pertinent ad ornamentum substantiæ. 2. Quatenus servit ad actiones formæ, hinc feliciùs cuneo findes lignũ, quàm denso & hebeti ferro.) Ergo requirunt contraria vel patientia, vel reagentia. Et res ipsa certa est quotidianâ experientiâ. Hæc tamen proprietas qualitati non est κατὰ παντὸς; Excipiendi enim multi sunt habitus, potentiæ naturales, figura rei, quibus nihil contrariatur.

Canon XV.

Qualitas suscipit magis & minus.

Inest hæc proprietas μάνῳ, sed non παντὶ, nam figura & potentia naturalis sunt hujus proprietatis incapaces, illa; quia originem suam negare non potest; hæc quia τῷ ἰδίων ἐπίσης μετέχειν. *Isag. c.* 17. At, inquis, potentia videndi languidior fit in sene, experientia teste ἐροτῶν ἐλέγχῳ. *Resp.* cum *Scal. Exer.* 74. *sect.* 4. *A page istos animæ carnifices, non anima senescit, sed corpus*; illa infirmitas est in organo, & proinde in actu secundo tantùm. Confer aureum locum apud *Aristotel. l.* 1. *de Anal. c.* 4. *t.* 65. *Objicis.* non soli qualitati deberi intensionem & remissionem, cùm & motus intendatur, si velox sit, remittatur, si tardus. *Resp.* Quod velocitas non sit propriè dicta intensio, patet inde, quia etiam in ipsa intensione potest esse velocitas, quando scilicet

licet brevi tempore multi gradus qualitatis uniuntur. Quod si velocitas esset intensio, daretur intensionis intensio. Notandum hic, non tantùm in concreto, sed etiam abstracto & formaliter qualitatem esse intensibilem: nam propter quod unumquodq; tale idipsum magis tale, at propter formam magis intensam, exempli gratia, propter intensiorem calorem; etiam aqua denominatur magis calida, oportet igitur ipsum calorem in se magis intensum fuisse.

Canon XVI.

Relata sunt simul natura, libr. Categor. capite 7. & ibid. *solent se mutò* Συναφίρειν καὶ Συναναιρεῖν καὶ Συναναιρεῖσθαι.

Ratio; quia relata propter respectum transcendentalem, quem habent ad suum subjectum, habent alium respectum prædicamentalem πρός τι ad terminum, unde ex coëxistentia terminorum resultat relatio: de quo latius Metaphysici.

Obiectiones 1. Causa & effectus sunt relata, & tamen illa est hoc ipso prior. 2. Patre moriente sæpè manet superstes filius. 3. Sensibile prius fuit sensu. *Resp.* 1. Τὸ κινούμενον φύσει πρότερον, *lib.* 7. *Met. c.* 5. *t.* 25. Relatione tamen sunt simul. 2. Moriente patre, etsi in filio non desinat ὑπόστασις, cessat tamen χάρις, *iuxta Damasc. l.* 3. Id interest inter respectum transcendentalem, & prædicamentalem, quod in illo non requiratur coexistentia, in hoc verò sit necessaria, scibile autem & scientia sunt relata transcendentalia.

Canon XVII.

Relata dicuntur πρὸς ἀντιστρέφοντα.

Ratio; quia habent respectum mutuum. Unde privatio & habitus non sunt relata, etsi enim privatio definitur per habitum, non tamen contra: sed notandum, non esse hic ἀντιστρέφειν, qualis est inter proprium & subjectum in casu recto, sed variatis casibus, ut maritus est mariti maritus, &c. videri alia possunt apud *Zabar. in Tabulis.*

Canon XIIX.

Relatorum uno cognito, cognoscitur & alterum.

Ratio; quia modus cognoscendi sequitur modum essendi. Cognoscitur alterum scilicet vagè sumptum, non tamen cognito patre cognosco filium nisi vagè, nam terminus relationis in paternitate non est hic, vel ille filius determinatè, sed hic vel ille vagè.

Canon XIX.

Relata suscipiunt magis & minus.

Non tantùm ratione fundamenti, quod vulgò statuitur, sed *etiam sui*, nam potest diminuto fundamento augeri relatio, Ergo citra fundamentũ suscipit magis & minus, exẽpli gratia, ponãtur duo alba, quorum unum sit album ad gradus 4. alterum ad gradus 8. ubi tantò magis augebitur relatio similitudinis inter illa extrema, quantò magis minuitur album ut 8.

Canon XX.

Actiones & passiones sunt suppositorum, hinc cogitare non est animæ, sed animam habentis, lib. 1. de An. t. 66. *nullo modo anima sentit, nec corpus, sed homo,* Scal. Ex. 103. s. 1.

Ratio; quia operari sequitur esse, Ergo qualem modum operandi res habet, talem quoque habet in esse. Ergo sicut suppositum est id quod est, quia per subsistentiam subsistit per se, ita etiam suppositum est id quod operatur, 2. Multa inhærent alicui subjecto, quæ illud tamen non denominant: ut potentiæ vitales in homine inhærent materiæ primæ, non tamen eandem denominant, neque materia prima dicitur vivere sentire: sic si quæras, Cur homo dicatur mori, cujus tamen nec anima, nec corpus corrumpatur? Dicam ego, non quidem totum hominis mori, totum tamen hominem mori, quia passiones sunt suppositorum. Huc refero quod Aristoteles habet, *lib.* 1. *ph. c.* 7. *t.* 64. ἅπαν γὰρ φθορὸν ζωὴ πρότερόν ἐστι, Confer *l.* 7. *Metaph. c.* 8. *t.* 26. Ubi tamen observandum actionem esse suppositi tanquam principii *quod*, completi, denominationis: partis verò suppositi tanquam principii *quo*, incompleti, originalis, quo posteriori modo beatitudinem Philosophus, *lib.* 1. *Ethic. c.* 7. vocat actionem animi, & *l.* 3. *de Anal. tit.* 1. animam intelligere asserit. Ab hoc posteriori, *iuxta Damascen. Subiectum vocatur* ὑπεργηλῶς, *ab illo* ὑπεργόν.

Canon XXI.

Actio recipitur non per modum imprimentis, sed

tis, sed per modum suæ receptivitatis, Scalig. Exercit. 16. sect. 2. *Confer eundem*, Exerc. 307. lib. 13. *videatur* Aristot. lib. 2. de anim. c. 2. t. 24.

Hinc sol capillum dealbat, cutem facit atram: desiccat lutum, liquefacit butyrum, *Exerc.* 160. *sect.* lapis pyrimachus ab igne nihil patitur, *Exerc.* 74. *sect.* 3. Hinc statuitur igne non posse consumi lapis Ætilis, *Plin. l.* 37. *Nat. hist. c.* 4. manus succo mercurialis, & portulacæ illita, *Scalig. Exerc.* 13. *sect.* 3. Turris lignea ab Archelao alumine oblita, *Zannard. l. de Ignit. meteor. c.* 12. linum Indicum ex Amiante lapide confectum, *Plin. lib.* 19. *cap.* 1. Asbestus lapis, *Solin. c.* 12. & 24. lignum aliquod juxta Urubam in novo orbe, *Petrus Hispan. in Sylv. part.* 5. *c.* 25. Cætera si quæ sunt axioma de actione, passione & reliquis prædicamentis tùm in Physica, tùm Metaphysica fusiùs pertractari solent. Unde, ne nimis charta excrescat, hic sistimur.

SYLLOGÆ III.

CANONVM ENVNCIATIVORUM.

CANON I.

In oratione Enunciativâ poni debet nomen in casu recto: Verbum Præsens *& indicativum esse oportet*, libr. 1. περὶ ἑρμ. cap. 1. 2. & 3.

In Oratione Enunciativâ. Sunt enim orationes non

non enunciativæ, exempli gratia, ἐρωτηματικὴ, animal rationale, παραινετικὴ, δεητικὴ, εὐκτικὴ, κλητικὴ, ἐρωτηματικὴ.

Huc pertinent omnes orationes incerti sensus, ut Qui cupit optatam studio contingere metam. Quos ego, sed motos, &c. per aposiopœsin? Infinitivæ, Trojæ supremum audire laborem. Quarum tamen aliquæ facilè sunt enunciativæ per resolutionem.

Poni debet nomen in casu recto; Quid enim respondetur ad hunc Syllogismum. Viri docti est esse modestum. Hoc collare est viri docti. Ergo hujus collaris est esse modestum: nisi quod casus obliqui vertendi sint in rectos, si fieri possit, de quo *Aristotel. l. 1. prior. c. 37. Verbum præsens*, quod nisi attendatur, multa sophismata contingere possunt, exempli gratia, in conversione simplici universalis negativa mutatur in universalem negantem stante qualitate; videlicet. Nulla virgo fuit violata, Verum! Ergone Nulla violata fuit virgo? falsum. Sic nullus puer fuit senex. Verum! Ergone nullus senex fuit puer? falsum. Sophisma si vitabis, ponas verbum præsens: in cujus virtute præteritum habet veritatem. Urges, hanc propositionem, Imperator vixit 50. annis non esse veram de præsenti. Ergo Imperator (præsentet) vivit 50. annis. *Resp.* In successivis veritas de præsenti etiam est successivè intelligenda cum proportione quadam. *Et indicativum.* Hic enim modus est Logicus, & didascalicus, & notitiam parit: reliqui modi ad affectum & appetitum pertinent, propterea ab Aristotel. modi Rhetorici & Poëtici

tici nominantur. Hinc hypothetica propositio non est ἀποφαντική, quia necessariò constat modo subjunctivo imperfecti temporis, ut si sol lucet, dies esse. *Objicis.* Possit hanc resolviin Orationem Indicativam, exempli gratia, si sol lucet, dies est. *Resp.* 1. Sic omnis non enunciativa oratio esset enunciativa; quia possunt facilè reduci ad enunciativam, ut me legere, reducitur ad hanc: Ego lego, 2. Hæc propositio; si sol lucet, dies est, in rei veritate non est hypothetica, sed Categorica, affirmat enim simpliciter sine conditione.

Canon II.

Verbum Logicum debet significare aliquid, adsignificare tempus, & copulare prædicatum cum subiecto, Zabarel. in tab. Logic.

Verbum Logic. dico, ut distinguatur à verbo Grammatico, siquidem hoc non est absurdum fieri nomen Logicum in hâc propositione didicisse fideliter artes emollit mores, ubi didicisse est verbum Etymologicum, (quamvis videatur per græcismum stare pro nomine) non tamen Logicum. 2. *Deb. significare aliquid,* ut discriminetur à Syncategotemate. 3. *Adsignificare tempus* nam annus, mensis significant quidem tempus, sed non ad significant. 4. Copulare prædicatum cum subjecto, hinc in hâc propositione Aristoteles est Philosophus, *non est,* non est verbum, 1. quia nullam rem significat, 2. quia non est pars seorsim propositionis, quatenus est συνδετικὸν ratio, quia pars debet actu poni in toto, sed copula non semper ponitur actu, sed non rarò implicatur

ἄδει γὰρ διαφέρειν ἄνθρωπος γνωσόν ἐστι, καὶ ἄνθρωπος γνωστόν, *libr. δ. Met. c. 7. t. 13.* deinde si pars esset à prædicato distincta, in quovis syllogismo orirentur quatuor termini. Porrò in superiori propositione, verbum etiam non est τὸ Philosophus, quia 1. non adsignificat tempus, 2. non copulat, sed copulatur. Ergo verbum Logicum est complexum hoc *est Philosophus.*

Canon III.

Propositio negativa est, in quâ ponitur negatio immediatè ante copulam.

Ratio, quia copula est signum unionis, tum igitur divisio inter prædicatum & subjectum manifestabitur, quando unionis signum negando afficietur, hinc hæc propositio non negat, homo est potens non peccare, in fluvio natat non homo, negatur hîc pars tantùm non excluditur aliud, negatur natare hominem, non tamen absolutè innuitur, nihil aliud natare. Ubi τὸ non natare aliquatenus refertur ad locum totius consentaneum, quatenus ad modum generis hac duas qua si species comprehendit, natare piscem, non natare hominem. Similiter hæc propositio, homo nullius precii calumniatur virum bonum, non est negativa, tantùm enim est negatio partis, Syncategorema quia fusum est super cohæsionem prædicati cum subjecto, hinc signo quantitatis negato, creditur ipsa propositio esse negata. Studiosè tamen hic observandum venit τ! Non præpositum signo notare, vel præcisè universalitatem

litatem subjecti, ut non omnis homo salvabitur; hoc est, aliquis homo salvabitur. Et talis propositio per æquipollentiam est affirmans. Vel notat absolutam prædicati de subjecto negationem, ubi *Omnis* idem valet quod *ullus*, ut non Omnis homo est lapis. Et hæc semper est negativa: Huc pertinent Hebraismi, *Levit.* 13. *v.* 7. *Matth.* 24. *v.* 22. *& alibi.*

Canon IV.

Syncategorema (Omnis) *aliquando sumitur limitatè.*

Quid enim his syllogismis responderi posset? Omne animal erat in *Arcâ Noæ*. At pisces erant animalia. Ergo. Q. non ex fide est, peccatum est! Atqui fides ipsa ex fide non est. Ergo. Nisi majorem limitandam esse in priori Syllogismo de eo animali, quod extra aquas degere potest: in posteriori de opere omni, non Ente omni.

Canon V.

Tò omne collectivè sumptum, supponit immobiliter.

Id est, ita supponit pro communi, ut ad particularia non possit accommodari illud prædicatum, hinc malè inferes. Omnes Artes liberales sunt septem, Logica est ars liberalis. Ergo Logica est septem.

SYL-

SYLLOGÆ III. ET IV. CANONVM ENVNCIATIVORUM.

DIATRIBE V.

Præs. *M. Iohanne Conrado Dannhawero, &c.*
Resp. *Daniele Wäldsmidio, wildunga-Waldecco.*

CANON VI.

Tò multum non est signum semper particularitatis.

Nam, exempli gratiâ, universale est ὁ πᾶς πολὺ ὢν πέφυκε καταμηδεῖν ἄνω, *lib.* 1. περὶ ἑρμ. *cap.* 7. At universale est prædicabile de omnibus suis inferioribus, ut constat: Notandum enim multum non semper opponi Universalitati, sed sæpè paucitati & infrequentiæ.

CANON VII.

Propositio singularis in mixturâ diversa quantitatis æquipollet universali.

In Mixturâ, dico, *diversæ quantitatis*; nam extra hanc non stat pro universali ὁ μὴ πᾶς ἀνεφάντως λέγεται, ἀλλ' ὥσπερ πᾶς ἄνθρωπος, *lib.* δ. *Metaphys. cap.* 9. *tit.* 16. Ratio regulæ est, 1. Quia particularis sumitur ad modum partis, singularis ad modum totius, etsi non distributivi, tamen negativi. Exempli gratia, Aristoteles est homo, hoc est, nihil sub Arist. sumi posset, quin sit homo. 2. Puræ particulares pariunt

riunt ἀσυλλογίσιαν, puræ singulares, exempli gratia, in Ἐκθέσει pariunt legitimam conclusionem, non igitur hæ illis æquipollent. 3. Hic Syllogismus. Josephus fuit venditus. Q. Homo fuit Josephus. Ergo. Q. homo fuit venditus,) qui est formaliter bonus, sic enim expositorius tertiæ figuræ, qui formaliter bonus est, reduci ad primam figuram solet. Quæro, sitnè major singularis? ad quem igitur modum pertinet? cùm omnis primæ figuræ modus sit universalis. Num particularis, at hæc ἀσυλλόγιστον. Relinquitur igitur stare hanc singularem pro universali, & concludere positum Syllogismum in Darii. Huc respexit sine dubio Aristotel. quando *lib. 2. περὶ ἑρμ. cap. ult.* has propositiones: Callias est justus, Callias non est justus, retulit ad contrariam oppositionem, propter convenientiam cum quantitate universali. Instas, *Aristot. lib. 1. περὶ ἑρμ. c. 8.* eadem referre ad contradictorias. *Resp.* 1. Ergo saltem ex parte unâ æquipollet universali singularis. 2. Vulgò nominantur *contradictoriæ de Lege*, quæ lex est dividere verum à falso. Quæris, διὰ τί, quorsum referam hanc oppositionem: Omnis homo est dives. Abraham non est dives. *Resp.* 1. Omninò non est oppositio, quia non sunt utrobique iidem termini. 2. Addo non esse contradictoriam oppositionem, quia utraque falsa: non contrariam, quia diversa utrobique quantitas. Potest tamen ἐπιτροπῆς dici *contraria de lege*, quia utraque falsa esse potest.

Objectiones.

I. In propositione singulari est attributio ad

partem. Ergo est propositio particularis. 2. quæritur hæc propositio, sitné universalis an singularis? Q. est omnipotens, ille est Deus. Assumptio sit Christus est omnipotens. Ergo Christus est Deus. Non videtur esse universalis, quia unus Deus est omnipotens: non singularis, ob notam universalem. *Resp.* 1. Etsi subjectum sit pars attributio tamen prædicati ad subjectum est *totalis*. Et, si propositio omnis particularis esset, cujus subjectum est particulare, fieret etiam universalis particularis, ut: Omnis homo est animal. Ubi homo pars est animalis. 2. De illâ propositione judico, quod neque perfectè sit univetsalis, neque singularis, sed quo imiteturindolem propositionis universalis, quia habet subjectum communicabile, conformis illi propositioni, Essentia divina est Pater.

Canon VIII.

Propositionis hypotheticæ veritas pendet ex copulatione tota non membris seorsim.

Ratio, quia illa existente vera membra possunt esse falsa, ut: Si Asinus volat, habet pennas: & viceversa, eadem existente falsa, membra possunt esse vera, ut: Si Aristoteles fuit Ethnicus, fuit etiam Philosophus, potuit enim Ethnicus fuisse citra Philosophiam.

Canon IX.

Conditio nil ponit in esse.

Sensus est, propositio hypothetica nil Categoricè, & ἀνυπάρκτως affirmat, quam diu talis manet, aliàs

aliàs ratione æquipollentiæ ponit aliquid, nam propositio: Si Asinus volat, habet pennas: ponit hanc, in qua fundatur illius connexio: Omne volans, habet pennas.

Canon X.

Conditionalis habens annexam conditionem impossibilem, æquipollet Categoricæ negantt.

Exempli gratia: Electi seducerentur, si possibile esset, id est, Electi non seducentur. Amicus tuus ero, si Cœlum digito tetigeris, id est, nunquam ero tuus Amicus.

Canon XI.

Modalis propositio non est, ubicunque modus qualiscunque ponitur.

Est hic Canon contra Ramum, qui *libr. 6. Schol. Dialect, c.* 3. præter modos vulgares quatuor dicit innumeros alios confingi posse. Ut igitur propositio dicatur modalis, exigitur 1. ne modus determinet extrema tantùm propositionis, hinc non modales sunt illæ: Petrus scribit velociter, & quod necessariò risibile est, est homo. 2. Ne modus sit pars dicti sive ipsum præcatum, ut: Parentes colere æquum est. 3. Ut per modum *amplietur* Enunciatum. (Ubi ampliare est efficere, ut propositio addito modo plus significet, quàm sine eo) hinc verum, falsum, opinabile non sunt modi, nam cum dico: Hominem esse animal, est verum: non plus dico, quàm homo est animal.

Canon XII.

Omnis propositio modalis necessariò vera est.

Loquor non de dicto seorsum, sed de propositione modali complexè sumpta. Hinc, exempli gratia, hæc propositio: Contingit quendam hominem sedere, necessariò vera est, non enim potest non contingere hominem sedere.

Canon XIII.

Necesse & contingit, sunt modi affirmativi, possibile & impossibile negativi.

Unde occurres sophismati trito, quod constat ex puris negativis. Impossibile est lapidem vivere, Impossibile est hominem esse lapidem. Ergo impossibile est hominem vivere.

Canon XIV.

Modalis composita, hoc est, ubi modus non interrumpit dictum, est singularis.

Quæri solet de hujus propositionis quantitate. *Quosdam homines salvari necesse est.* De illa statuo, quod 1. Nequeat esse universalis, patet, quia modus veritatem non quantitatem propositionis determinat, est enim πρόσληψις διορίζουσα τὸ εἶναι, καὶ τὸ μὴ εἶναι (non τὸ πόσον) *lib. eod. cap.* 12. Objicis, quod necessariò verum est, semper verum est, Ergo universaliter. *Resp.* 1. Inferatur licet universalitas temporis, nondum tamen obtinetur universalitas subjecti, quorsum quantitas potissimùm respicit, potest enim universalitas temporis esse de

subjecto

subjecto particulari, ut Quosdam homines salvari omni tempore verum est 2. Quod non possit esse particularis. Si enim hæc propositio esset particularis: Necesse est quosdam homines salvari: Tunc ei contradiceretur per istam. Non necesse est omnem hominem salvari. At hîc utraque vera, quod in contradictione ἀδύνατον. Relinquitur igitur, quòd sit singularis, quia quantitas sumitur non ex subjecto tantùm, sed ex attributione prædicati ad subjectum, ut constitit Canone 9. Prædicatum verò in positâ propositione est modus: subjectũ dictũ. Ἀναλυσις igitur propositionis illius hæc emergit. Hæc propositio, quæ dicit, quosdam homines salvari est necessaria. Ubi tamen appendicis loco observo, propositionem modalem Compositam esse ineptam ad Syllogismum. nam quia in hâc modus est prædicatum, fieret si ter modus repeteretur, unum terminum ter poni in Syllogismo: ut igitur fiat aptus, reducenda est ad modalem divisam, ubi modus imitatur quantitatem dicti.

Canon XV.

Ex affirmante prædicati infiniti infertur negans prædicati finiti.

Hinc *Aristot. lib. 1. prior. Anal. cap. ult.* si verè dicitur aliquid esse non album, verum quoque est illud, non esse album. Videri possunt limitationes ex *Clarissimo Scheiblero* in regulis consecutionis.

Canon XVI.

Ab est tertii adjecti, ad est secundi adjecti, valet consequentia.

Ratio est, quia non Entis nullæ affectiones.

Oportet igitur Ens esse, de quo aliquid prædicatur. *Objicitur* 1. Uva est succosa. Ergo uva est: ubi antecedens semper verum est, consequens falsum in hyeme, 2. Purgatorium est nihil. Ergo purgatorium est, 3. Bona opera non sunt necessaria ad salutem. Ergo bona opera non sunt necessaria. *Resp.* 1. quia τὸ *est* in secundo adjecto ὑπαρκτικῶς, in tertio συνδιαιρετικῶς est, & verò in tertio adjecto sumitur pro esse essentiæ, de quo videatur *Aristot. l. 4. Met. c. 7. tit.* 14. Hinc non valet consequentia, nisi in terminis rerum actu existentium. *Ratio*, quia monito Logicorum servanda est eadem ampliatio. 2. Similiter non valet in prædicatis destruentibus subjectum. Quæris, cur in antecedente utar τῷ esse, si purgatorium nihil sit. Respondet accuratè Dn. Doct. Hawenreut. nunc οὐ ἀκόλουθως ad *l. 7. Metaph. cap. 2. p. 325.* Non Ens, inquiens, sive negatio ratione suæ existentiæ absolutè non est, ratione autem intellectus est, quatenus de eo aliquid affirmari vel negari potest. Hinc *Arist. l. cit. t.* 2. ἀποφάσεις refert inter Entia quatenus τὸ μὴ ὂν, οὐχ ᾗ μὴ ὂν φάσμα. 3. Valet consequentia in hoc Canone tantùm affirmativè, non negativè, videatur Dn. Doct. Gerhard. *Tom. 4. de Bonis Operibus, c. 8. th.* 32.

Canon XVII.

A conjunctis ad divisa valet consequentia, & vice versâ.

Videatur limitatio apud *Clariss. Scheibl.* nolo actum agere.

Canon XVIII.

Oppositio est κατάφασις καὶ ἀπόφασις ἀντικειμένων, *lib.* 1. περὶ ἑρμ. *c.* 6.

Requi-

Requiritur igitur 1. diversitas qualitatis, unde exusat subalternâ. 2. Identitas pronunciati, unde Elenchum non parit ὁμωνυμία. Hinc oppositio nascitur triplex, Contradictoria, contraria, & subcontraria. De ultima controvertitur, an sit propriè dicta oppositio? Assero ex posito Canone, cujus omnia habet requisita. Objicis 1. Verum non opponi vero; (falsum quidem falsò opponitur in contraria oppositione, sed id evenit ob falsi πολυμορφίαν. At in subcontraria fieri utramque veram, exempli gratia, Q. Homo est studiosus. Q. Homo non est studiosus. 2. *Aristotel. lib. 2. prior. Anal. c. 15.* vocat oppositum, κατὰ λέξιν μόνον. *Resp.* 1. Est ignoratio Elenchi, violatur enim oppositio, cùm non est τὰ αὐτὰ τοῖς αὐτοῖς. Exemplum propositum habet quidem eosdem terminos, sed non eadem supposita iisdem notata. Substituamus igitur aliud exemplum. Quidam electus salvatur, Quidam electus non salvatur. Apparet πῶς ἐνδέχεται quomodo subcontraria dividat verum à falso. 2. *Loco cit.* omnes oppositiones dicit esse κατὰ λέξιν, *in Init. c.* quod verò oppositionem subcontrariam κατὰ λέξιν μόνον, oppositionem vocat, ibi in quæstione τὸ ἐν τῷ concedit esse oppositionem, sed in quæstione τὸ μὴ ἐν τῷ non distincta κατ' ἀλήθειαν à contraria. Nam in subcontraria legitimè formata subjectum est individuum vagum. Hinc refertur ad oppositionem singularem, & hæc ad contrariam, à qua κατὰ λέξιν modo distincta, est, illius quippe naturam ex toto imitatur.

Canon XIX.

Contradictio dividit verum à falso,

Arist. lib. 1. περιερμ. cap. 7. lib. γ. Metaph. c. 6. t. 27.

Ratio; quia non potest idem simul esse & non esse, quod Aristoteli est principium βεβαιότατον καὶ γνωριμώτατον. Planta quoad planta est, nunquam erit non planta. *Scalig. Exerc.* 140. *sect* 1.

Obiiciuntur hic multa exempla: Omnis homo est niger. Hic homo (significando Æthyopem) non est niger. Utraque falsa. 2. Omne animal esse rationale falsum est, verum! Quoddam animal esse rationale non est falsum. Verum! 3. Hæc propositio (qua dico, Contradictionem dividere verum à falso) est falsa! Verum! At hæc propositio (qua dixi priorem propositionem esse falsam) non est falsa. Iterum verum. 4. Omne coloratum aliquo colore est coloratum. Verum! Aliquod coloratum (viride) aliquo colore (nigro) non est coloratum. Iterum verum. 5. N. animal est omnis homo. Verum! Aliquod animal, exempli gratia, rationale est omnis homo. Rursus verum. 6. Omnis homo est omnis homo. Verum! Aliquis homo non est omnis homo. Verum! *Resp.* ad 1. Illa est ex semisse singularis. Unde non est contradictoria repete Canonem nonum. 2. Tò falsum, ibi ampliat propositionem, unde assumit ingenium modalis compositæ, quæ singularis est. Ergo Omnis, quidam, non sunt in proposito exemplo Syncategoremata, sed partes dicti: quod utrobique totum repetendum est, ut in oppositione termini sint iidem. Sic igitur in forma. Hæc propositio, Omne animal esse rationale falsa est. Hæc propositio, Omne animal esse rationale

non

non est falsa. Habes igitur priorem veram, posteriorem falsam. 3. In tertio ad oculum apparet non fieri oppositionem de eodem, nam prior propositio prædicat falsitatem de istâ propositione (contradictoria dividunt verùm à falso.) Altera negat falsitatem non de hac ipsa, sed reflectitur supra priorem. Ad 4. in priori oppositionis membro, aliquis color sumitur vagè, in posteriori determinatè, unde expirat Elenchus. In 5. prius membrum habet Syncategorema distributivum, posterius collectivum. Sic etiam in 6. prius membrum est collectivum & inmobile, alterum distributum. Et sic est progressus à non distributo ad distributum.

SYLLOGÆ IV.

CONTINENTIS CANONES Syllogisticos.

CANON I.

Οὐδὲν ἀλλαφέρει κατὰ τὸ μᾶλλον τὴν ἐκτὸς συλλογιζεσθαι, lib. 1. prior. c. 1.

Insinuatur hoc loco in prioribus analyticis agere Aristotelem de Syllogismo formali, unde etiam usus est subinde exemplis alphabetariis. Quæris, cur Syllogismus formalis vocetur, cùm tamen constet ex propositionibus, quæ sunt materia syllogismi, quia partes sunt materia ut constat ex *lib. 3. ϕ. cap. 7. tit. 66. & lib. δ. Metaphys. c. 2. t. 3.* Distinguo inter Syllogismum objectivum, & formalem, ille est objectum circa quod versatur

Syllogismus formalis, hic est ratiocinatio, sive ipse actus intellectus: illi dividitur in necessarium & probabilem: Hic habet partes materiales, etsi non objectivas tamen ingredientes ipsas scilicet propositiones, quæ sunt materia ex qua, sed ἀναλόγως.

SYLLOGÆ QUARTÆ CANONVM LOGICORVM De SYLLOGISMO.

DIATRIBE VI.

Præs. M. *Iohanne Conrado Dannhawero, &c.*
Resp. *Adamo Crugio, Wildunga-Waldecco.*

Canon II.

In Syllogismo non sunto plures vel pauciores tribus terminis.

Ut enim, cùm duo litigantes conciliandi sunt, sequester cum utroque seorsim prius loquitur, deinde uterque mutuò conciliatur. Sic *medius* terminus tanquam arbiter, qui proinde etiam propter hoc officium *medius* appellatur, prius cum utroque seorsim in præmissis consentit. Hinc, *Quæ conveniunt uni tertio, inter se conveniunt.*

Objiciuntur Syllogismi aliqui nostratium, in quibus videntur esse plures quàm quatuor termini, exempli gratia: *Dextra Dei est ubiq; Christus Homo sedet ad dextram Dei, Ergo Christus homo est ubique. Resp.* Ex fonte Philosophiæ, *Arist. l. 1. in Anal. c.*

23. In

23. In Syllogiſmo debere eſſe tres terminos εἰ μὴ παρεμβάλλοι τις, id eſt, niſi intercedat κρύψις, hinc ipſe *libr.* 2. *p.* 5. 8. *tit.* 79. concludit hoc modo: Omnis ars agit propter finem. Atqui ars imitatur naturam. Ergo etiam natura agit propter finem. Dic λογικώτατον Philoſophum σοφιστὴν concludere, ſi vir es. Mitto nunc illa, quæ de hoc ſyllogiſmo diſputat Clariſſ. Dn. D. Meiſn. *in ſect.* 1. *Phil. Sobr. quæſt.* 2. ne ſerram reciprocem per eandem lineam. *Objicis.* Everti hunc ſyllogiſmum alio affini poſſe, *Europa eſt extra Aſiam. Chriſtus homo eſt in Europâ. E. Chriſtus homo eſt extra Aſiam*, &c. Si reſolveris hunc Syllogiſmum, hanc habebis majorem, Q. eſt in Europâ, ille eſt extra Aſiam. Hæc vera eſt de corpore circumſcriptivè in loco exiſtente, non univerſaliter, ut comprehendat corpus Chriſti.

Canon III.

Reduplicatio, Iteratio, (adde) Excluſio addenda ſunt non min. ſed maj. extremo, l. 1 prior. anal. c. 38.

Hinc apparet, quid ſtatuendum de hujuſmodi ſyllogiſmo. *Omne rationale vivit. Solus homo eſt rationalis. E. ſolus homo vivit.* Reſpondent aliqui omnem excluſivam reſolvi in univerſalem affirmantem & negantem, & proinde minorem propoſiti ſyllogiſmi eſſe virtute negantem. Quod tamen cum grano ſalis accipiendum puto. Nam rectè dico, e. g. Solus homo eſt Grammaticus: Non tamen reſolvo verè in hanc affirmantem: Omnis homo eſt Grammaticus: Ratio, quia prædicatur proprium, quod μόνῳ τῷ παντὶ ὑπάρχει. Malim tamen reſpondere vitiũ in eo latere, quod

exclu-

exclusiva addita sit minori extremo, cùm addenda fuerat majori. Nam ratio, cur major in conclusione prædicetur de minori, est, quia idem prædicabatur in aliqua præmissa de medio, & hic de minori. Tantum igitur potest prædicare major de minori, quantum de medio prædicavit: sed in propositione majori, non se totum prædicavit de medio (quod apparet, si exclusiva majori extremo fuerit apposita) non enim reciprocè totus conceptus viventis de rationali prædicatur, ut excludat omne aliud subjectum, de quo prædicari aptus sit, Ergo etiam non potest se totum, & exclusivè de minori in conclusione affirmare.

Canon IV.

Ex veris nil nisi verum sequitur, l. 2. pr. an. c. 2.

Ratio, quia τὸ ἀληθὲς συναδὲ πάντα ἑαυτῷ ἐστί, *l.* 1. *Eth. c.* 8. Verum est simplex, unde de se, non nisi quod suum est, parturit. *Objicis* Aristotelem, qui *l.* 1. *post an. c.* 6. fatetur ex falsis verum interdum sequi. Ergò etiam ex veris falsum. Cum contrariorum eadem consequentia. R. *Arist. loc. cit. suprà*, πολλὰ ἀδύνατα ἐξ ὄντων, hoc est, falsum tamen non est causa veri inde nascentis, quia ἐκ τοῦ δοξαστοῦ καὶ τοῦ ψευδοῦς οὐκ ἀναγκαῖον, *l.* 1. *φ.* 6. 2. *t.* 10. sed sequitur ἐπιβαλλόντως. Hoc autem evenit duobus potissimùm casibus: 1. Si alterutra falsa præcesserit, exempli gratia: Substantia est accidens. Accidens est ens, Ergo substantia est ens, ubi conclusio sequitur ex minori vera per se, per accidens ex majori falsa. 2. Si prædicatum conclusionis fuerit latius subjecto, ut lapis est substantia. Homo est lapis. Ergo, Homo est substantia.

tia. Ex superiori Canone tanquam lydio lapide probare possumus syllogismi formalem bonitatem, quemadmodum ex dicto die de omni & nullo ejusdem naturalem evidentiam: Ille omnis modus figurarum, & illa omnis figura bona est, quæ ex veris nunquam elicit falsum: & illa omnis spuria, quæ interdum ex veris colligit falsum. Hinc.

Canon V.

Partibus ex puris sequitur nihil, atq; negatū.

Ratio prioris membri est, quia fieri potest; ut termini non intelligantur de eodem: Unde quatuor termini. Deinde repugnant puræ particulares dicto de omni, in quo requiritur subordinatio particularis ad aliquod universale. Quod si tamen contingat majorem esse particularem tantùm ϑετι, non φυσι. ut; Quidam homo est animal, ex ea legitimè inferetur. Ergo. Petrus est animal. Observandum deinde in hoc & sequentibus Canonibus, sæpè aliquid τυχόντως, & vi materiæ, non vi formæ sequi.

Ratio posterioris Membri est, quia, si maximè duo dissentiunt in uno tertio, non tamen necessariò inter se dissentiunt. Contingit hîc etiam, ut ex puris negativis vera sequatur conclusio, sed *fortuitò* tùm potissimùm, si omnes termini fuerint disparati. Studiosè hîc cavendum est, ne putemus syllogismos negativos esse, qui tales sunt ἀξιωματικῶς, ut sunt illi, *in quibus negatio non est extrinsecus assumpta, sed ex maiori resumpta.* Exemplum tritum est illud. Q. *Non credunt, non salvantur. Iudæi non credunt,*

dunt. E. Iudæi non salvantur. Minor hîc non est negativa. Ratio, quia subjectum minoris continetur sub subjecto majoris: si continetur. E. subordinatur: At quæ sibi subordinantur, non opponuntur. E. nec de se mutuò negantur. Hîc verò syllogismus habet minorem ὑπὲρ negantem. Omnis homo est animal, Asinus non est homo. E. Asinus non est animal. Deinde, hanc φύσει negantem, sequitur sæpè conclusio affirmans, quod impossibile esset per regulam sequentem, si alterutra præmissa fuisset negativa; exemplum sit ille Aristotelis syllogismus, *l. 1. post. c. 10.* Quicquid non scintillat, prope nos est. Planetæ non scintillant. Ergo Planetæ prope nos sunt. Objicis minorem esse negantem extra syllogismum: Cur non & in syllogism. R. est dispar ratio, quia hîc tota connexio sive necessitas totius consequentiæ attenditur. Si tamen vis affirmantem habere, transpone terminos finitos, mutando in infinitos.

Canon VI.

Conclusio sequatur partem debiliorem. Hinc.
Si qua præcit partic. sequitur conclusio partic.

Ratio; quia effectus nunquam est nobilior suâ causâ, Intelligeautem Canonem 1. si par debilior adsit, nam hæc deficit in barbara & da rapti.

2 De quantitate & qualitate non veritate vel falsitate propositionis, alioquin ex falsis potest sequi verum. 3. Procedit ille tantùm in syllogismo simplici, nam in disjuncto potest assumptio tollit, ut conclusio ponatur.

Canon VII.

A particulari ad universal. non valet consequent.

Ratio

Ratio 1. quia effectus non excedit virtutem suæ causæ. 2. Quia conclusio sequitur partem debiliorem. Excipe illud particulare, quod est repræsentativè tota species, sic rectè colligo, Adam fuit peccator mortalis. Ergò Omnis homo est peccator mortalis. Abraham fide justificatus est. Ergò, Omnis homo fide justificatur. Quæ consequentia Paulina Jesuiticis calumniis opponenda est. Est Abraham pater credentium, non ratione generationis, cùm nos non simus Israëlitæ secundum carnem, non ratione regenerationis, hæc enim est à Spiritu sancto. Ergo ratione exempli in justificatione.

Canon VIII.

Lex generalis erit medium concludere nescit.

Ratio, quia conclusio debet esse ἔσχατον τῶν πρώτων. At si medium poneretur in conclusione, tunc vel minori associaretur, vel majori termino; Si prius, constitueret propositionem minorem, si posterius majorem. 2. Medium est efficiens conclusionis, at efficiens nullum est in suo effectu, propterea ab aliquibus dicitur in conclusione esse virtualiter.

Canon IX.

In conclusione nō ponatur plus, quàm erat in præmissis.

Ratio eadem, quæ in Canone septimo. Malè hîc urgent nonnulli, in conclusione non debere etiam minus poni, quàm erat in præmissis, quia 1. conclusio est effectus præmissarum æquivocus, unde potest minus habere. 2. Suadet hoc ipsum potestas syllogistica plura concludendi: de quâ Philosophus *l. 2. prior. anal. c. 1.* Ca-

CANON X.

Dictum de omni & nullo est radix omnium syllogismorum. Zabar. l. de quarta fig. c. 6.

Proponatur enim, exempli gratia, syllogismus secundæ & tertiæ figuræ, illum non teneor recipere, dicam enim ego: Proba hanc figuram vel modum bene concludere. Respondebit ille, quia semper in simili modo bene concluſit. Sed hoc est à posteriori rem demonstrare, peto ego Argumentum à priori. Sic igitur pergo. Quicunque modus concludendi imitatur naturam, ille Logicè & bene concludit. At syllogismus in secundâ vel tertiâ figurâ formatus imitatur naturam. Ergò! Majorem probo, quia, ut omnis Ars: ita & Logica imitatur naturam. Minor patet per reductionem ad primam figuram, quæ quia dictum de omni & nullo habet, hinc naturaliter concludit, in illâ enim congruè major supremo, minor infimo loco ponitur, quibus medius non φύσει tantùm, sed & θέσει fit medius, & sic superstruitur super naturalem ordinem prædicandi, qui est κατὰ βάθος. Si tamen quis refractarius hoc ipsum principium neget, ille, si placet ὑπερβάλλον μέτρον addere, trahendus est ad principium illud Metaphysicũ, quæ conveniunt uni tertio, inter se conveniunt. Videatur de his *Mendoz. disp.* 1. *Log. s.* 16. §. 85. Atq; ex Radice hâc syllogismum probat *Zabar.* quartæ figuræ innaturalitatem. Quibus ego pro astruendâ hujus figuræ superfluitate, hæc addo: (Affingit alioquin Averroës quartæ figuræ Inventionem Galeno. D. Conimb. *l.* 1. *prior. c.* 7. *quæst. art.* 4. ajunt,

1. ajunt, Averroi fidem haberi, sed homini sine fide, cur est adhibenda fides? *Mendoz. disp. Log.* 10. *s.* 20.) Sunt autem hîc quædam prænotanda, 1. quod major propositio sit illa, quæ habet universalem quantitatem: minor, quæ particularem. Ratio, quia quantitas propositionis sumitur ex multitudine objectorum, hinc proprium quantitatis dicitur fundare inæqualitatem, ut nempe secundum illam aliquid majus vel minus dicatur, hinc Rhetores majorem vocant, propositionem: minorem, assumptionem, quia illa, hæc (quarum hæc illâ actior) proponit. 2. Mensura quantitatis in reliquis modis, qui habent utrasque præmissas quantitate æquales, est Darii & Ferio in primâ, festino in secundâ, Darisi ferison in tertiâ, in quibus illustris est prima Quia verò in Darii major est illa propositio, in qua medium subjicitur, minor in quâ prædicatur, hinc in syllogismo Barbarico: Omne rationale vivit. Omnis homo est rationalis, &c. non posteriorem, sed priorem nomino majorem, unde figurarum discrimen non adequatè ex diversâ dispositione medii termini, sed ex diversâ ratione subjiciendi & prædicandi sumi debet. 3. Major propositio non vocatur, propterea, quia majorem terminum habet, sed major terminus vocatur, quia in majori propositione ponitur. His positis ita concludo: Illa est prima figura in quâ medium in majori subjicitur, in minori prædicatur. Sed quarta figura est talis, in quâ medium in majori subjicitur, in minori prædicatur. Ergo quarta figura est prima figura. Minor patet exem-

plo in DIMARI. Omne mistum est corpus: Omne corpus est substantia. Ergo Q. substantia est mistum. Hic prima fronte incertus sum, utra præmissarum sit major vel minor, cum utraq; æquè sit universalis, recurro igitur ad mensuram (Darii) in qua major propositio est, quæ medium pro subiecto in maiori, pro prædicato in minori habet. Ergò ἀναλόγως & in (Dimari) majorem esse colligo, cujus medium est subjectum: minorem verò, cuius medium est prædicatum. Hinc in exemplo allegato transpositione, præmissæ erunt primæ figuræ ad quam indirectè vi potestatis plura concludendi sequitur conversa (per accidens) directæ conclusionis.

CANON XI.

Propositio major primæ figura semper sit universalis, minor affirmativa. l. 1. prior. c. 4.

Ratio. membri prioris petitur ex dicto de omni & nullo, posterioris ex eo, quia subjectū minoris debet includi sub subjecto majoris, quæ inclusio non potest fieri per distractionem aut negationé. Contra hunc Canonem occultè peccat syllogismus. Q. sunt electi, sunt vocati. Pauci sunt electi. Ergo, Pauci sunt vocati, nam pauci æquipollent non multis. Et ille. Q. fit est aliquid, ex nihilo nihil fit. Ergo, Nihil est aliquid.

CANON XII.

In secunda figura non fiunt syllogismi affirmati, in tertiâ omnis syllogismus concludit particulariter.

Hinc secundæ figuræ usus potius est ἀπαγωγικὸς quàm κατασκευαστικὸς, vide peccantem hîc Cardanum apud *Scal. exer.* 153. *s.* 9.

CA-

Canon XIII.

Conclusio non debet actu poni in præmissis.

Ratio; 1. quia effectus est extra causam. At conclusio est effectus præmissarum. 2. Conclusio proponitur ut ignota, in præmissis notificanda: quæ si actu ponatur in iisdem ignotum per ignotum probatur, quod est ἐν ἀρχῇ λαμβάνειν. Hinc colligo, non dari syllogismum copulativum affirmantem, exempli gratia: Salomon & Rex est & sapiens, sed Rex est. Ergo sapiens. Objicis 1. Hos syllogismos bene concludere copulativè, Christus & natus & passus est. E. passus est. Et prodesse volunt, & delectare Poëtæ, Virgilius est Poëta. Ergò. 2. In hypothetico, qui quibusdam connexus sive syllogismus ἐξ ὑποθέσεως vocatur conclusio tota est in propositione, & tamen hoc non obstante, rectè concluditur. *Resp.* 1. In primo syllogismo vel est consequentia ἀσυνθέτου (ne decipiâre huius termini ambiguitate) quâ à coniunctis ad divisa rectè proceditur, vel syllogistica, & quidem hypothetica, cui supplenda est maior, quæ cryptice est omissa. Alter est verè Categoricus, quia non copulat omnes terminos in maiori, quæ constat prædicato coniuncto. 2. In hypothetico conclusio est in propositione, sed obscurè adhuc & dubitativè. At in copulativo syllogismo Categoricè & assertoriè ponitur, quod conclusioni repugnat.

SYLLOGÆ IV. ET V. CANONVM LOGICORVM.

DIATRIBE VII.

Præs. M. Iohanne Conrado Dannhawero, &c.
Resp. Henrico Arculario, Rhoda-Waldecco.

CANON XIV.

In hypothetico vel assumi antecedens, & concludi consequens: vel tolli consequens, & negari antecedens, propositio etiam major negativa nunquam fieri debet.

Exposito Canone colligitur ἀναπόδειξιν esse in his: Si leo est homo, est animal. Sed leo non est homo, Ergo non est animal. Et: Si leo homo est, animal est. Sed posterius verum. Ergo & prius per λῆψιν. Et Non, si Johannes animal est, illicò est lupus, sed Johannes non est lupus. Ergo etiam non est animal. Δοκιμασία harum regularum petitur ex resolutione in Categoricum; ex quo & evidentiam & consequentiam hauri, quo fortassis respexit Philosophus, quando de hypothetico nihil agere voluit, quoad præcepta (nam exempla in eius opera passim sunt sparsa.) Ubi observandum syllogismum ἐξ ὑποθέσεως, quo de agit. l. 1 prior. c. 23 alienum esse ab eo, de quo nobis hîc sermo.

CANON XV.

In disjuncto cave 1. maiorem constituere negantem. 2. habentem subordinata membra, 3. elenchum τῆς τὸ ἐπὶ πᾶσι διαιρέσεως committere.

Ratio primi membri est, quia eius membra debent

debent esse disiuncta per coniunctionem (sensu Grammatico) disiunctivam, quod si verò tali coniunctioni negatio apponatur, eo ipso negatur membra esse disiuncta, unde vi materiæ sequitur iste. Aut dies est, aut non est dies. Sed dies est. Ergo non est dies. Contra alterum membrum peccat iste. Aut fide salvamur, aut merito Christi: sed fide salvamur. Ergo non merito Christi. In tertium impingit ille, peccata aut fiunt Deo volente, aut resistente, sed non resistente, verùm permittente. Ergò volente.

Canon XVI.

In omnibus figuris cum altera propositio est necessaria, altera de ineſſe, semper vi formæ sequitur conclusio de ineſſe. Jac. Mart. l. 4. Inst. Logic. 9.

Aristotel. *l.* 1. *prior. c.* 8. *& seq.* multas regulas congessit ex secundâ & tertiâ figurâ, quas repetere supersedeo, tùm quod in omnibus punctum mereri non videantur, de quo legi potest Corn. Martini 3. *comment. adverſ. Ramiſt. c.* 13. tùm quod magnum commentarium scribere non sit animus, tùm quod multi modales, quâ ratione concludant, non necessariò ex formâ, sed sæpè ex materiâ colligere sit: præcipuas tantùm seligam casus tantùm, quæ ad primam figuram potissimum spectant, ex quâ reliquarum figurarum modales consequentiam habere debent: Unde ad sublevandam difficultatem arbitror rectè exigi modalium reliquarum figurarum ad primam reductionem.

Ratio igitur positæ regulæ est, quia medium, de quo maior terminus dicitur necessariò, potest

de minori contingenter prædicati. Proinde conclusio non semper sequitur necessaria. Hinc non rectè infertur. Necesse est omne risibile esse hominem. Q. album est risibile. Ergo Q. album necessariò est homo. Falsum: Tutius igitur sequitur conclusio de inesse.

Canon XVII.

Si maior sit de inesse, Minor necessaria sequitur conclusio de inesse.

Exempli gratia: Omne animal movetur loco. Omnis homo necessariò est animal. Ergo Omnis homo movetur loco.

Canon XVIII.

In omnibus figuris ex puris necessariis, sequitur necessaria conclusio.

Existimat Jac. Mart. hunc Canonem non invenire locum in tertiâ figurâ, ut malè inferatur, Necesse est omne corpus esse quantum. Necesse est omne corpus esse substantiam. Ergo necesse est quandam substantiam esse quantam, quia affectio speciei de genere prædicatur contingenter. Confer Averroëm ad *l.* 1. *post. t.* 63. At subtiliter respondet Clariss. Dn. D. Rixinget, Præceptor meus honorandus, *disp. Log.* 4. *th.* 71. ut propositio simpliciter necessaria dicatur, requiri, ut conversa necessitatem non mutet. Unde facilè capies iudicium depositi syllogismi minore.

Canon XIX.

In omnibus figuris cum utraq; propositio est contingens, sequitur conclusio pura.

Non enim positis præmissis contingentibus, illicò

Hicò sequitur conclusio contingens, exempli gratia Contingit omne curans esse hominem; contingit. Omne rationale curare. Ergo contingit; Omne rationale esse hominem.

CANON XX.

In omnibus figuris si maior est contingens minor necessaria, sequitur conclusio contingens: si verò maior fuerit necessaria minor contingens, sequitur conclusio de inesse, &c. Vide latiùs Corn. & Jac. Martinos locis sapicit.

CANON XXI.

In sorite fac esse subordinationem membrorum per se connexorum, nullâ negatione interruptorum.

De Acervali hâc συνάπτοι, & gradatione nihil quidem egit Aristot. explicitè, sed tamen ratione fundamenti extruitur è regula anteprædicamentali, ex qua Canon etiam positus suum habet fundamentum. Contra quem peccat hic syllogismus: Qui bene bibit, bene dormit. &c. Bene se habet iste, natus ex subordinatione, quamvis, non prædicamentali, tamen causali, Immodica ingurgitatio gignit malam χύλωσιν, hæc malam κρίσιν, ista crudos humores, hi malam nutrimenti assimilationem, quæ parit hydropem, Ergò immodica ingurgitatio parit hydropem.

CANON XXII.

Dilemna sive crocodilites const. 1. ex immediatè contrariis. 2. cuius non possit utrumq; membrum concedi. 3. quodq; in eum retorqueri nequeat.

Contra primum membrum peccat tritum illud Biantis, & illud apud Athenæum. Carnes testudinis aut parcè edes, sic gignent intestinorum tormina, aut copiosè sic purgant. Contra secundum est illud Pharisæorum, Matth. 22. Exemplum tertii, vide apud Gell. *l.* 1. *noct. c.* 10.

SYLLOGÆ V.

Continentis

CANONES DEMONSTRATIVOS, definitivos, divisivos, & Methodicos.

Canon I.

Scientia demonstrat, ἢ ἐστὶ γνωστικὸν, ἢ μαθητικὸν, l. 1. Metaph. c. 6.

Hinc Keckerm. demonstratio habet gradus, ut aliæ quidem necessitate efferveſcant, aliæ ad contingentiæ teporem accedant propius. Proinde etsi non ubique omnibus numeris edolata dari possit demonstratio, ut testatur Aristot. *l.* 1. *Metaph. c.* 4. *t.* 9. non tamen sordere hæc nobis cum Ramo debet doctrina, quæ nobis omnem animo eripit scientiam, & ad scepticas scholas deducit: de quibus Agell. *l* 11. *noct. Att. c.* 5. nam contra, vide acerrimè pugnantem veritatis Herculem, *l.* 1. *post. an. c.* 1. Et si omnia essent incerta, quærere veritatem nihil esset aliud, quàm πανσοφιάζειν, *l.* 1. *Metaph. c.* 5. *t.* 21. Neq; tamen multiplicatio demonstrationis, quam largitur Philosophus *l.* 1. *post. c.* 21. *t.* 95. extendenda etiam est ad de-

ad demonstrationes, quarum præmissæ sunt contingentes, quod novitatis prurigine tactus Mendoza *disp. Log.* 18. *s.* 6. §. 33. facit. Nam quia præmissæ sunt causæ conclusionis æquivocæ, non possunt contingentes sive ipsa conclusione ignobiliores esse, ἐκ τῶν ἐνδεχομένων ἐχόντων. *l.* 1. *post. c.* 6. *t.* 47.

Canon II.

Demonstratio propriè dicta tantùm demonstrat ex efficienti & fine.

Ratio; quia medium debet esse causa (non semper rigorosè sumpta, vide Suarez. *disput.* 1. *sect.* 1. *n.* 27.) affectionis: Affectio verò est accidens, at accidens neque materiam, *l.* 8. *Metaph. c.* 4. neque formam habet, cùm sit ipsa forma. Ergo etiam per hæc principia demonstrari nequit, nisi induant naturam efficientis per emantionem, quemadmodum causæ coïncidere possunt, *l.* 2. *de gen. & cor. cap.* 9. *t.* 51. *l.* 2. *Ph. c.* 2. *t.* 23. *l.* 2. *de an. c.* 4. *t.* 34. Unde qui demonstrat egressum luminis è Vulcanio cornu, vel vitro lucernæ, causam non assignat materiam, sed accidens, vel porositatem, vel diaphaneitatem.

Canon III.

Medium demonstrationis necessariò est de definitione affectionis.

Nam affectionis quæritur scientia non subjecti, quod ἀλλ' ἐφ' ἑνὸς patet 1. in iis affectionibus, quorum causa est subjecto extrinseca, quando scilicet eclipsis de Lunâ demonstratur per terræ interpositionem, 2. in quibus non radicale acci-

dentis principium (forma) sed proprium (accidens aliud) ponitur, quâ ratione de Lunâ luminis incrementum per rotunditatem demonstratur *l.* 1. *post. c.* 10. Quo stante propositio major apodixeos, omnis debet esse ἀναπόδεικτος & immediata (sic appellata non ob indignitatem, quo pacto *l.* 1. *post. c.* 26. dicitur opinionem esse ex immediatis, id est, probari non possibilibus, sed ob excellentiam) ubi πρότασις ἄμεσος est ipsum principium, *l.* 1. *post. c.* 21. quod cum sit immediatum, debet esse per se notum, id est, non δι' ἄλλο, quemadmodum Sol per se lucidus est, non egens lumine alieno. Cognosci tamen potest 1. per γνωρίζοντα ἔργων, *l.* 1. *post. c.* 10. *t.* 73. Scholastici vocant penetrationem terminorum. 2. Ἔλεγχος, *l.* 7. *Metaph. c.* 3. *t.* 9. ostendendo ζωὴ ἀναίρεσις contradicentium, ex principio contradictionis, *l.* 1. *post. t.* 10. *t.* 82. quod principium λόγου ἔχω, qui negat (nam λόγου ἔχω negari non potest, *l.* 1. *post. t.* 77.) dignus est, qui bibat

——— *purgantes pectora succos*
Quicquid & in tota nascitur Anticyrâ.

3. Ἐπαγωγὸς, *l.* 2. *post. anal. c. ult. & l.* 7. *Ph. c.* 3. *t.* 20. *Confer. Zabarell. l.* 1. *de mat. c.* 3. 4. ἀποδεικτικὸς, sed ex alio causarum genere sic demonstrari potest, hominem esse intellectivum ex causâ finali, hoc ferè modo: Omnis creatura capax visionis Dei est intellectualis. Omnis homo, &c. Ergò.

Canon IV.

Demonstratio porrò constare debet ex præmissis veris, prioribus, notioribus, & causis conclusionis.

1. Veras intellige necessarias ἀναγκαίας; nam

ἐξ ἀληθῶν, ἐν ᾗ μὴ ἀπόδειξις συλλογισμός, l. 1. post. c. 6. t. 44. Deinde veras oportet esse præmissas, non tamen veriores conclusione. Nam non potest una præmissa vel formaliter, vel fundamentaliter esse verior alterâ, quod acutè declarat simili deprompto à modio aureo & ligneo, Mendoz. disp. Log. 11. s. 2. §. 8. & evidentior esse potest una propositio alterâ, non tamen verior, videatur citatus locus. Unde etiam Arist. requirit non verius, sed γνωριμώτερον καὶ πιστότερον δι' ἃ δείκνυται, lib. 1. post. cap. 21.

2. Priores non cognitione tantùm, sed & re ipsâ, quod colligitur ἐκ τοῦ διότι causarum. Unde per hanc conditionem ab hâc demonstrationis definitione excluditur demonstratio ab effectu. Confer. l. 1. post. t. 23. (legatur hîc similitudo cum arte ædificatoriâ, apud Zab. lib. 1. de spec. demonstr.) quæ etiam πεμπτικὴ δεῖξις, sive demonstratio à signo appellatur; nam demonstratio à causâ non est à signo, quia signum est, quod vel à natura, vel arbitrio impositum est ad aliquid significandum; causa verò non est naturâ suâ ordinata, ad repræsentandum effectum. Hinc patet non est imago sui filii, sed hic illius. Videri alicui possit durior Aristoteles, quando asserit l. 2. prior. anal. cap. 18. esse petitionem principii, si ex posteriori probetur prius quod injurium in hanc demonstrationis speciem: sed illic loci non servio est Philosopho de demonstratione ab effectu, verùm petitionem principii esse dicit, tum si quis interrogatus de causâ, respondeat de effectu, exempli gratia: Si quæram, quæ sit causa humiditatis in intestinis,

fantibus, tu respondeas, quia somnolenti sunt, petes principium.

3. Notiores tàm natura, quàm nobis, hæc enim in distincta cognitione, sive in via auscultativa coïncidunt, nam quod *l.* 1. *Ph. c.* 1. non eadē esse dicit, natura & nobis notiora, id accipiendū de cognitione confusa, sive in via inquisitiva. Placet hîc per διέξοδον quærere, quodnam sit primò cognitum in scientia inveniendâ; &. 1. declinando homonymian in termino universalis, qui vel sumitur pro quavis re includente plura, sic centum est universalius quàm decem, sic ens potentia est universalius ente in actu, quia plura Deus potest facere, quàm fecit, & hoc sensu quodlibet totum est universalius partibus: vel Logicè pro conceptu communi pluribus inferioribus, de quibus prædicatur. Priori modo dico cognitionem incipere ab universalibus. Prius enim, exempli gratia, Medico proponitur totus homo confusè, quàm ut scrutetur per anatomian singulas partes distinctè: posteriorimo loo omnis notitia orditur à singularibus objectis sensuum, de quo Philos. *l.* 1. *post. c.* 15. *t.* 134. Videtur obstare duplex experientia, 1. qui videt hominem e minus prius cognoscit esse corpus; Deinde ex motu colligit esse animal, tandem novit esse hominem. Ergò incipit ab universali. 2. Pueri omnes viros patres. & Fœminas matres appellant. Universalius verò est esse virum & fœminam simpliciter, quàm virum & fœminam talem. &. 1. negando, nam homo visus è longè semper apparet in determinata specie infima: Primò enim putat (non infinitè corpus, sed) esse arborem,

rem, deinde equum vel bovem indeterminatè. 2. Id fit vel ductu phantasiæ, quo pacto agni recens nati quamlibet ovem sequuntur, & inter ipsas oves, si prior de ponte saliat, salit & altera, & anſere bibente uno, bibit & alter, nam phantasia, si sensus bonum quodpiam cognoscat in alio, sibi simile statim appetit; hinc proverbium: *Oscitante uno oscitat & alter*, vel consuetudine, pueri enim quia frequentius audiunt à nutricibus patris vel matris nomen, hinc etiam illud frequentius habent in ore: Imò novi puerum, inquit Mendoza *disput. 5. de anim. s. 6. §. 43.* qui matrem appellavit sororem, quia eam vocem ab Avunculis sæpè audiit. Qui plura petit, legat. *Francisc. Murc. disp. 1. Phys.*

SYLLOGÆ QUINTÆ CANONVM LOGICORVM.

Continentis Canones demonstrativos, definitivos, divisivos, & methodicos,

DIATRIBE. VIII.

Præs. M. Iohanne Conrado Danhawero, &c.

Resp. Ægidio Grambero, Wildunga Waldecco.

CANON V.

Οὐκ ἔστιν ἐξ ἄλλου γένους ἐπιστήμην δεῖξαι, *lib. 1. post. cap. 7. t. 56.*

Ratio; Propositiones demonstrationum debent esse καθ' ὅλου, ubi neq; subjectum prædicato, neque hoc illo latius aut communius esse potest.

Unde

Unde συγγνώμα principiorum requiritur, ut exulet à Geometria omne ἀγωμέτρητον, à Musica ἄρρυθμον. Et quamvis Aristoteles in subalternis scientiis concedat eadem principia, ut constat ex exemplis, l. 1. post. c. 12. t. 101. & 102. in diversis tamen scientiis qualis est Geomatrie & Arithmetica semper vitiosum esse asserit, t. 58. velle ἰφαρμόσαι ἀριθμητικὰς δεῖξεις ἐπὶ τὰ τοῖς μιγνῦσι συμβαίνοντα, sic duo fluvii in eodem horto à diversis fontibus manare possunt citra fontium aut fluviorum ipsorum mixtionem. Nascitur autem μετάβασις εἰς ἄλλο γένος, t. 57. si medium ex alia scientia petatur, quemadmodum Raymundus de Sabaude probavit Trinitatem ex rationibus quibusdam Philosophicis. Hic peccant etiam Pontificii, quando justificationem suam vel ex Grammatica compositione, aut mutatione Physica demonstrant: sic perperam colligunt Scholastici, & qui (ignoscant Manes Ciceronis) scholasticantur, Christi corpus potuisse per januam clausam, aut κάμηλον (non τὸ παχὺ χοινίον, sed ἀχυρόφορον ζῶον, ut habeo ex Suida) *Matth.* 19. 24. transire, quia vel quantitas à substantia, vel actualis locatio ab aptitudinali sit separabilis.

Canon VI.

Scientia est eodem modo se semper habentium, l. 1. post. c. 2. *adeoq; aternorum*, c. 8. t. 62. & l. 6. Eth. c. 3. *& universalium*, lib. 1. post. c. 15. & 24.

Ratio; quia scientem oportet esse ἀμετάπτωτον, l. 1. post. c.

post.c.2.t.17. At scibile est mensura scientiæ, oportet igitur scibile prius immutabile esse. Objicitur 1. Physica agit de monstris, at monstrum est παρὰ φύσιν rarò contingens, *Scalig. ex. 221.s.1.2.* Res Physicæ sunt corruptioni obnoxiæ præsertim mundus ὑπὸ σελήνην *c.3.* Metaphysica agit de Deo ente singulari. R. 1. Res in scientia consideratæ sæpè sunt contingentes ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, de quibus Arist. agit. *l.1. prior. anal. c.12. & l.2. post. c.11. t.67.* Eorum autem nihil prohibet esse scientiam, videatur *l.1. Metaph. c.2. t.5. l.1 post. anal. c.24. t.182.* quod in specie attinet monstra, illa non sunt res Physicæ, sed τῆς φύσεως ἀμφοτερόμελα, *l.2. 2.φ. c.8. t.82.* at παρημμελημένα tractantur in scientia non per se, sed ex eventu, & per διέξοδον. Cæterùm τὸ ἐπὶ τὸ συμβεβηκὸς ἐν ὕλῃ μᾶλλον τῆς τέχνης, *l.5. Eth. c. ult.2.* Res Physicæ sunt corruptibiles in individuo secundum existentiam, non in specie secundum essentiam, quo sensu dicit August. *lib. 2. delib. arb. cap.* 8. Duo & tria esse semptem, perpetuò verum est, etsi nihil sit, quod numeretur, huc pertinent sequentes Aphorismi, ἄλλο ἐστὶ τὸ μέγα καὶ τὸ μεγάθος εἶναι, *l.3. de an. c.4. t.9.* Hic Cæsar, qui hæc commentatur, aliud est à natura hominis universali, *Scalig. ex. 307.s.16.* τὸν μέγα φιλιππὸν *l.1. post. c.20.* Unde Philosophus ἀνθρώπου ἰδέαν ἀπολλύειν *probl. sect.30. q.9.* Homines quidem pereunt, ipsa autem humanitas permanet: & hominibus laborantibus, illa nihil patitur, *Sen. ep. 66.* Deinde res physicæ sunt corruptibiles κατὰ μέρος, non πάθος ὅλως, neq; totum elementum aëris corruptum est unquam, at ἀεὶ τὸ πάντως πᾶσι δὴ τοῦτο μετρίως ἐπιδέχεται ἀλήθειαν, *l.7. Metaph. c.5. t.22.* Tùm res

quidem

quidem incomplexæ in singulari corrumpuntur, at complexæ propositiones habent æternam veritatem. Unde hæc ipsa propositio: (Omnis planta est corruptibilis 3. Singulare non cadit sub scientiam, non quà tale, sed προσπτωτός, si corruptibile sit, & impediat, quò minus intellectus sit ἀμετάπτωτος, hinc dantur etiam demonstrationes Mathematicæ ex propositionibus singularibus, *Dn. Bentz. in part. dial. l. 3. cap. 10.* ubi tamen præstantior est scientia universalium, quia hæc sunt ἀναπόδεικτοι, ἀναπόδεικτοι, δεικτικώτεραι, ἀποδείξεις, ἀπόδειξις, *l. 1. poster. cap. 20.* & πρώτη, *l. 2. c. 2.* Hæc sunt de demonstratione præcipua ἀξιώματα: reliqua videantur apud *Zabar. in l. de medio*, speciebus & præcognitis demonstrationis.

Canon VII.

Definitio differt à demonstratione tantùm situ, l. 2. post. c. 10.

Sermo est de definitione accidentis non essentiali aut causali seorsim, quorum illa demonstrationis est conclusio, de quo videatur *Zabar. in l. de convers.* hæc principium: sed συμπεπλεγμένος de definitione perfectâ, ex essentiali & causali nata, qualis hic est, tonitru est sonus ex collisione nubium ortus. Ubi tamen non omne demonstrabile est definibile, & contra, *l. 2. poster. c. 2. t. 10.* nam principia & substantiæ definiuntur, non demonstrantur, *t. 11 & seq.*

Canon VIII.

Οὐδὲν πρὸς τὸ ὄργανον ζητεῖν, *l. 9. Metaph. cap. 6. t. 11.* Hinc *l. 7. Metaph. cap. 5.* δῆλον, ὅτι μόνης τῆς οὐσίας ἐστὶν ὁρισμός. Propterea accidentia non definiuntur, nisi

κ) ὑποκειμένου subjecti *l.1.poster.c.*18. *l.4.Top. c.5. & l.7. Met. c.5.* Ergò eorum definitiones non constant ex essentialibus definito ἀλλὰ καὶ συμβεβηκόσι (ut est subjectum extra essentiale definito) ὅσα οὐ τῆς οὐσίας λέγομεν ἀνήκοντα, *Isag. Porph. cap.* 3. Deinde *l.7. Metaphys. c.4.* ὅτι ἔστι τινὰ ἐν ὕλῃ μὴ ἐξ ὧν ἐστὶν ἀλλ' ἐν ἐκείνοις ὑπάρχοντα τὸ ἐν ὕλῃ εἶναι. Summa igitur genera & singularia non definiuntur: illa quia non habent supra se differentias, ut patere potest ex Diatrib. 1. Canone 8. hæc, quia ἄτομα sunt τῶν ἀεὶ μεταβαλλόντων, *l.1. Mai. Met. c.6.t.6.* quia differentias individuales, (talès enim revera dari constat ex eo, quod animæ individuales habent inæqualem perfectionem, in se non natam ex diversâ organorum dispositione, de quo acutè Franc. Murcia. *l.2. de an. disp.1.q.8.*) Ignoramus oberrantes in ἀθετήσει, vide Scal. *exer.*307. *s.*12. *&* 21. Ubi tamen nota 1. in actu signato, posse definiri singulare. 2. quòd Aristot. *l.2. post. c.*15. asserit, facilius esse definire singulare, quàm universale loquitur comparatè sumendo τὸ singulare pro minus universali, nam Cap. præced. in calce dicit πρὸς ὀλίγα καθόλου.

Canon IX.

Modus definiendi, sequitur modum essendi.

Ratio, quia est λόγος τῆς οὐσίας. Hinc quia accidens non per se subsistit, etiam per se non definitur, sed per ἀθέτησιν substantiæ, propterea accidentia planè absoluta definiuntur per subjectum inhærentiæ, ut tonitru est sonus in nube. Absoluta verò connotantia respectum secundum dici definitur per objectum, ut Metaphysica est ἐπιστήμη ὄντος ἦ ὄν: Et in genere per objectum definiuntur

mnes potentiæ, habitus & actiones, per objecta enim specificantur. Relata accidentia sumuntur ex subjecto & termino, ex illo quia in πρώτῳ ἐχειν conveniunt cum aliis accidentibus; ex hoc quia ipsorum essentia est πρός τι ἔν γ.

Canon X.

In definitionibus substantiarum genus habet locum materiæ. l. 7. Metaph. c. 12. *differentia formæ: in accidentibus contrario modo se res habet.*

Opponitur contra prius membrum definitio animæ, quâ dicitur actus corporis organici. E. in definitione substantiæ differentia habet locum materiæ. Contra secundum Pater definitur vulgò persona, quæ gignit filium. Minister verbi est persona vocata, &c. Sacramentum est corpus Christi, &c. Genus (quod est vox concreta ex natura substrata & genereitate) est id Quod de pluribus, &c. Ubi genus habet locum materiæ, & videntur hujusmodi definitiones eo nomine quoque peccare, quia definitum & genus sumunt ex diversis prædicamentis. R. 1. Verus est Canon de substantiis completis, nam formæ incompletæ imitantur naturam accidentium, siquidem revera sunt accidentia prædicabilia respectu suorum subjectorum. Unde non rectè dicitur Animam *l. 2. de an.* definiri per actum formalem, ita ut corpus sumatur ad modum totius, quia alias definitum ingrederetur definitionem. Nam Aristot *l. 6. Top. c. 3.* asserit tunc etiam definitum sumi in definitione, si loco alicujus contenti in definitione, suma-

sumatur illius definitio, hinc addit malam esse definitionem solis, quod sit stella in die apparens, quare? quia loco diei, inquit, licebit ponere ejus definitionem, scilicet latio solis super terram, unde hic nascetur sensus: *Sol est stella apparens in latione solis super terram.* Pariter, si corpus ad modum totius sumi debeat, prout involvit animam. Ergò loco illius (corporis animati) licebit ponere in tali definitione ejus definitionem: at animatum definitur, quod habeat animam, unde talis emergeret animæ definitio. Anima est actus corporis, habentis animam: En idem per idem! Sic si definiatur lux, quod sit actus corporis lucidi, corpus lucidum non debet sumi ad modum totius, prout includit lucem, sed hic esto sensus, lux est actus corporis lucidi, tanquam subjecti, in quo lux recipitur. Objicis 1. ipsum Aristotelem *t.* 10. fateri, animam esse actum non ejus quod abjicit, *sed quod habet animam* 2. Omne organicum est animatum. Anima est actus corporis organici. Ergo animati. 3. Animam hîc definiri, non quâ adjunctum, sed quâ forma, quia ὲκ πεφυκυίας & forma sint συνώνυμα. R. 1. Anima est actus ejus, quod habet animam, nec exclusivè, quia non est ejus, quod abjicit animam, nec inclusivè, propter datas supra rationes, sed connotativè, quia est actus eius, quod dispositum est ad animam non abiiciendam, sed recipiendam. 2. Organi Ratio ibi significatur non substantialis, sed accidentalis, ut corpus organicum idem sit, quod materia prima habens ejusmodi dispositiones, quod patet *ex. l. 2. de an. t.* 43. Ut forma habet respectum adjuncti, &

causæ componentis, ita propter συνωνυμίαν etiam ἀπλήκτως, quod verò anima non definiri hic debeat quâ forma, sed quâ adjunctum, evictum est modò. Alterum γ. in hoc differre accidens abstractum & concretum: quod illud pro genere habeat formam, quandoquidem omne accidens est forma sui subjecti; hoc verò loco generis ponat subjectum, illud namque loco generis rectè ponitur, quod est ἀδιόριστον, at in concreto accidenti subiectum est ἀδιόριστον, forma est διορίστικὸν, ut patet in exemplis. Ubi tamen fatendum, si in rigore istæ examinentur definitiones nullas esse, 1. quia sunt entium per accidens, 2. definiuntur per partes essentiales Physicas, non Metaphysicas, adeoq; non per genus & differentiam propriè dicta, nam genus debet sumi, *ut res tota*, non ut pars, radicaliter illud quidem sumitur à materiâ, non tamen adæquatè, nam, exempli gratia: Equus non est animal ob materiam præcisè, quia & eandem materiam habet lapis, sed connotando formam, exempli gratia, sensitivum sive genus sumitur à totâ quidditate, quatenus perfectibilis est ulteriori perfectione. In superioribus verò definitionibus genus est *pars materialis tantùm*. Unde Albi genus fortassis rectius ponetur coloratum.

Canon XI.

Virtus definitionis præcipua est τὸ στατικὸν, l. 1. post. c. 15. & l. 2. c. 14.

Hinc ut τὸ στατικὸν obtineatur, sæpè amplificatur definitio, cuius rei argumento esse potest *naturæ* definitio Aristotelica *l. 2. Ph. c. 1. t. 3.* Ratio regulæ est,

est, quia definitio est instrumentum notificativum nec similis fieri debet picturæ, cuius Prototypum, non prius etiam Oedipus noveris, quàm adscriptum nomen sit. Exulent igitur. 1. verba inusitata, ut sunt ὀφρυόπτυξ, σηψιδακὴς, ὀστεοχῶς, nisi fiat μετάληψις εἰς γνωριμώτερον, *l.* 2. *Topic. c.* 4. Ubi tamen nominibus utendum, neq; superstitiosè, neq; supinè, *Scal. ex.* 88. *s.* 2. neque etiam δεῖ τὸ κατὰ βίβλον ὀνομαζίαν ἀποφαίνειν, *l.* 6. *Topic. c.* 2. Unde sæpè cogimur æquivocis verbis (propter verborum paucitatem, *l.* 1. *Soph. c.* 1.) uti: ne aut monstra fingere, aut recepta repudiare temerè videamur, Scal. *l.* 2. *de re Poët c.* 2. In quo peccavit Ramus nimis licentiosus, quando pro ἀποφάνσι substituit axioma. Quando autem rei evidentia postulare videtur novum vocabulum, ibi irripere sibi Philosophus potest jus ὀνομαστοκείας, quod privilegium, teste Scalig. habet supra Reges, qui hominem donare civitate possunt, dictione non possunt: vetuit Plato Philosophos esse ἐπιμάρτυρας λέξεως χρείᾳ ἐπὶ τὰ φῶτα ἰούσης, *lib.* 3. *Rhet. c.* 2. ita evidentiæ appetitus interdum negligit verba cultiora: nec curat, quid bene sonet, sed quid bene indicet atque intimet, *August. l.* 4. *de doct. Christ. c.* 10. Quin & ipse Cicero *l.* 3. *Fam. Epist. c.* 7. Appietatem & Lentuleitatem dixit, de quo eleganter Lipsius *in Epist.* quadam, quæ legitur *in Miscellan. Plauti Taubman* scribit: *Dii Deæq; ad unum Ciceronem nos componi: Rideat, aut indignetur ille, si vivat; & tot eloquentiæ decora, qui post eum vel cum eo fuerunt.* 2. Ad evitandam κακόφατον vitare oportet Metaphoras, quæ non πρῶτα, sed πολύτα, cui similis res sit, declarant. Talis

obscuritas est in his descriptionibus, quando Rhetoria ἐπιτεχνήμα, forma ἀρμονία, dicitur: Similis ἀσάφεια est in hoc versu Virgil. *Et cereale solum* (orbis ex pane confectus) *pomis agrestius* (Holtz-äpffel) *auget*. Absit & hîc superstitio, nam sit tropus sit illustris; quid ni usurpem? Cum 1. ipsa definitionis vox sit Metaphorica, quando ὅρος appellatur. 2. limitet ipse Aristot. *lib. 6. Top. cap. 2.* Νῦν inquiens, τὸ κατὰ μεταφορὰν λεγόμενον ἀσαφές, εἰ μὴ εἴθισ. 3. Abstinendum ab homonymiâ, *l. 1. Top. c. 14.* Confer *l. 3. Rhet. c. 5. l. 1. de cœl. c. 11. t. 11.* nisi enim homonymiæ resecentur, vocibus delusi clamabimus cum Babelicæ turris structoribus.

Canon XII.

Omnis definitio constet ex prioribus & notioribus, l. 6. Top. c. 4.

Peccatur hîc 1. quando definitio fit per oppositа, quæ sunt simul naturâ, ut numerus impar est, qui unitate maior est pari, excipe hic privationem, quæ per oppositum habitum definitur, ubi privatio & habitus non sunt simul naturâ. 2. Si definitum ponitur in definitione; idq, vel explicitè, vel implicitè. Spuria igitur est Timpleri *definitio generalis partis Philosophiæ practicæ*, l. 1. Eth. c. 2. & justitiæ distributivæ, *l. 3. c. 10. 3.* Si superius definiatur per inferiora: Si tamen placet in descriptione assumere ea quæ rem notificent confusè, describes quidem, non tamen ad stateram Logicam definies, Obiicis definitionem relatorum. Pater est, qui habet filium. q. filius (in obliquo) non notat relatum, sed terminum absolutum, quicum sit actus, notior est potentiâ: de quo

Deo

Deo dante, in Metaphysicis. Confer tamen hîc Mendoz. disp. Log. 5. s. 1. §. 3.

CANON XIII.

Definitionem ἀπ' ἀγχιστῆς διαφορᾶς, l. 2. poster. c. 3. *Vnde nihil deesse, nihil etiam redundare debet*, l. 1. post. c. 13.

Ubi nota 1. defectum generis proximi (de quo aliàs Aristot. l. 6. Top. c. 3. dicit, quod ἁμαρτάνειν φαίνεται τὰ γένη λέγων) non prius esse vitiosum, nisi reciprocationem impediat. Quando ergò generi remoto apponitur differentia specifica definitio non est culpabilis, unde nec dicascribi potest iis, qui Logicam per habitum instrumentalem definiunt; modo adiungant proximas differentias. 2. Redundantia duplex est, vel enim fit perspicuitatis gratia, hæc nequaquam vitiosa est, vel impedit reciprocationem, & reddit definitionem angustiorem: si exempli gratia dicam: Omnem hominem esse animal rationale eruditum: q non est καθ' ὅλου, hæc demùm peccat.

SYLLOGÆ V.

CANONVM LOGICORVM, CONtinentis Canones demonstrativos, definitivos, divisivos & methodicos,

DIATRIBE IX.

Præs. M. *Iohanne Conrado Dannhawero, &c.*

Resp. *Arnoldo Gladenio, Darmstadino.*

CANON XIV.

Omnis definitio sit affirmativa, l. 1. post. c. 11 & 13 t. 103. l. 1. de part. an. c. 3.

Nota 1. quædam vocabula apparere negativa, quæ tamen stant pro aientibus, sic ἄχρωτον, ponit Aristot. differentiam τῆς κύκλῳ, l. 4. *Met. c.* 14. *Conf. Scal. exerc.* 65. *s.* 2. Excipe negativorum descriptiones, ut ἡ ἀγχίστροφος ἐστὶν ἀνομοία. 3. Definitionem Entis perfectissimi, & imperfectissimi, de quibus melius est dicere, quid non sint, quàm quid sint.

Canon XV.

Definitio neg. copulativè, neg. disiunctivè debet proponi.

Hinc Arist. *l.* 2. *post. t.* 30. ἄνθρωπος ait, ἐστὶ ζῷον δίπουν πτηνόν, ἀλλ' οὐ ζῷον ἢ πτηνόν. Ratio quia in definitione essentiam rei, ut unam exprimere volumus, non ut distributam, Zabar. *lib. de visc. cap.* 2. Excipe hîc 1. πόσαφὲς, quod omnibus definitionis virtutibus potiùs, si namque posteriora verba sint ἐξηγητικὰ priorem, quid prohibet abnormare quadantenus à regula, huc pertinent definitionis *naturæ propositionis*, *demonstrationis* ab Aristotele traditæ. 2. Excipe deinde definitionis Entium per aggregationem *Mundi*, *Philosophiæ*, quæ ita exigente natura eorum non possunt, nisi copulativè proponi.

Canon XVI.

Definitio nulla falsa est.

Videtur hoc prima facie παράδοξον; At observa, definitionem pertinere ad νόησιν τοῦ ἀδιαιρέτου, ubi non habet locum falsitas, *l.* 3. *de an. c.* 6. Est namq; Oratio una non συνδέσμῳ, *l.* 2. *post. c.* 10. *l.* 8. *Metaph. c.* 6. Oratio autem vocatur vel opponendo eam conceptibus simplicibus vel quatenus collectivè sumitur, pro toto, quod nascitur ex definito & definitione.

Canon XVII.

Exulent à definitione syncategoremata.

Rationem vide apud Scalig. *l. de caus. L. L. c.* 80. Excipe duos casus; 1. Si expleant locum differentiæ, ut in definitione *proprii* Porphyriana. 2. Si exigat reciprocatio, hinc definitio speciei Porphyriana esset mala, nisi adderetur τὸ *solum*, de quo Mendoz. *disp. Log. 5. s.* 1. §. 4.

Canon XVIII.

Definitio dicat non existentiam: sed essentiam, Scal. l. 1. de plant.

Licet itaque nullus hominum in terris esset justus, justitia tamen esset constans, & perpetua voluntas, *Scalig. exerc.* 71. *s.* 1. Unde quod definitur, debet esse ubique & nusquam, semper & nunquam, id est, abstrahere ab hîc & nunc, quæ sunt conditiones individuantes, *l.* 1. *post. c.* 24. Unde extruunt hunc Canonem, *D. D. Conimb. in cap.* 1. *l.* 1. *Meteor. q. quæst.* 2. *art.* 3. *s.* 2. Verba in definitionibus sumenda sunt non pro actu, sed potentia. Expirat ergò quorundam argumentum, contra species monadicas, quæ occupant omnem materiam talis formæ, *l.* 1. *de cœl. c.* 9. *s.* 94. Unde quia incorruptibiles sunt, non necessaria est multiplicatio sub eadem specie. Universale, ajunt, est, quod de pluribus prædicatur (ubi tamen non vident additum τὸ πλείοσιν, *l.* 1. *Meteor. c.* 7.) Ergo Sol, Luna non sunt universalia: quod verò definitiones non fiant per voces potentiam notantes, ratio est, quia actus est notior potentia. Excipe hîc definitiones eorum, quib. repugnat potentialitas, exempli gratia: Maior terminus in syllogismo definitur

finitur, qui coniungitur cum medio: verbum si accipies potentialiter etiam *animal* extra propositionem, ubi adhuc est indifferens, erit materia, & terminus, quod ἄλογον.

Canon XIX.

In definitione, quod possumus hoc agimus, tanquam Oceani nomi moderati, Scalig exercit. 307. sect. 12.

Eluit, proh dolor! ἀπαιδευσία protoplastorum, tanquam Lethæus amnis, nobilem differentiarum notitiam; utiam non nisi circa ἀφαιρέσεις humi repamus lambentes vas vitreum, pultem haud attingentes. Confer hic querelas duumvirorum in Philosophia Aristot. *libr. 1. min. Met. c.* 1. Scaliger *exerc. 90. 101. sect. 14. 307. s. 12. & 21. 131. s. 1. 218. s. 8.* Hinc pro veris differentiis cogitur Philosophus sæpè vicarias assumere, quorsum elementa sensilibus (qualitatibus) differre dicuntur, *l. 3. de col. c. 4. text. 34.*

Canon XX.

Quæ definitione differunt non illicò reapse, vel specie differunt.

Ratio, quia habere distinctas definitiones, nihil est aliud, quàm cognosci distinctis actibus intellectus: quemadmodum primùm videtur color exiguâ luce, mox distincte cognoscitur in specie, qualis sit color: idem tamen utrobique color. Sic *homo* & *animal*, (subordinata) diversas (non tamen adversa) agnoscunt definitiones. Et potest eadem res duabus definitionibus essentialibus explicari, ut homo definiri potest Physicè, quod sit corpus, constans corpore & animâ rationali: deinde Metaphysicè, quod sit animal rationale.

tionale.

tionale. Paritono quantitas quæ à Physico ἐκ παθητοῦ describitur, à Mathematico ἐξ ἀφαιρέσεως definitur, in quo casu accidens Mathematicum non definitur per additamentum.

Canon XXI.

Definitio sit accommodata ad melius.

Sensus est res debere in scientiis definiri in sua idea sive summa perfectione, sic virum beatum Ethica, Principem Politica describit, qualem si quæras in mundo, non invenies, nisi collectivè; quemadmodum Zeuxis depicturus Venerem quinque formosissimas Græciæ virgines elegit, atq; ex iisdem in suam Venerem contulit, quicquid in quavis seorsim videbatur venustum.

Canon XXII.

Τὸ μιχθὲν ἀδιαίρετον, *l. 6. Ph. c. 1. t. 2.*

Scilicet in partes realiter diversas, datur tamen præterea divisio rationis, de qua videatur Aristot. *l. 1. c. 13.* Confer *l. 3. de an. c. 4. t. 1. & l. 3. de cœl. c. 1. t. 7.*

Canon XIII.

Τῷ διαιρεῖν σὺν ὀνόματι, *l. 2. Soph. Elench. c. 2. l. 1. de cœl. c. 11. tit. 110.*

Loquitur primariò de distinctione vocis. Objicis, omnem divisionem esse vocis, quia res non dividuntur, sed rerum vocabula. Ergò nulla datur divisio rei. *Resp. Voces supponunt pro re.* Unde aliud est vocibus, aliud de vocibus differere: quemadmodum obiectum Astronomiæ non est sphæra lignea, qua ipsa sphæram cœlestem manifestat. Quo stante, Omnis divisio est vocis, sed non semper supponentis rem aliquam communem membris dividentibus: nam *L. trat in orbe*

canis,

canis, nat in æquore, fulget in astris : divisum hîc non significat rem, sed nomen tantùm commune *Objicis.* Divisionem vocis etiam esse rei, quia vox est res, non enim est nihil. *Resp.* Res vel sumitur transcendentaliter, vel specialiter, ibi opponitur nihilo, hic tanquam res signata signo : priori modo vox res est, non posteriori *Quæris*, divisio in communi, qua dividitur in divisionem nominis & rei, sitne rei an vocis ? R. neutrius, quia abstrahit utroq; , cum hoc tamen stat immediatio divisionis in divisionem vocis & rei : pari modo Ens dividitur in absolutum & respectivum , ubi Ens præcisè ut sic nihil horum est.

Canon XIV.

Πάντα διαιρεῖται τοῖς ἀντικειμένοις, *l.*10. *Met. c.* 8. *& l.*1. *de part. an. c.* 3.

Divisionis membra debent dissentire non συνεπλικῶς, & ὑποκειμένως: nam fieri potest, ut materialiter sub se mutuo contineantur, exempli gratia: Justitia universalis συλλήβδην πᾶς ἀρετή ἐστι. Ergò sub se continet justitiam particularem : Ita substantia in primam & secundam. Quantitas in lineam, superficiem & corpus dispescuntur: Ita honestum utile & jucundum sæpè in uno bono coincidunt quæ inter se formaliter differunt : sed κατηγορικῶς, ut unum de altero Logicè & directè non prædicetur.

Canon XXV.

Ἀναγκαῖον ἅπαν εἰς διαίρεσιν ἐμπίπτειν, καὶ μηδὲν ὑπεκπίπτειν, *l.*2. *post. c.* 4.

Sive , quod idem est, in divisione non debet fieri saltus (Man soll nichts überhüpffen) unde ἀκροτομία

μία non ubique superstitiosè urgenda est, qua facilè fieri potest, ut aliquid negligatur.

CANON XXVI.

In ordine incipiendum à notioribus, libr. 4. Metaph. cap. 1.

Inq; hoc convenit ordo cum Methodo, à qua alioquin in rigore discrepat: 1. hæc facit ad scientiæ τὸ εἶναι, ille ad τὸ εὖ εἶναι. 2. Hæc est μερικὴ, ille ὁλικὸς fusus per totam scientiam. 3. Hujus usus est συλλογιστικὸς illatius, illius ἀξιωματικὸς dispositivus. Ratio regulæ est, quia finis mensurat media, sed finis ordinis est nostra melior cognitio. Medium autem ad hunc finem est ordo. Ergò ordinis ratio mensuranda est à nostra faciliori cognitione. Ubi notandum, initium esse faciendum à facilioribus, non tamen simpliciter, alias prius agendũ esset in Physicis de corporibus sublunaribus, quia hæc sensibus sunt propiora quàm cœlestia: sed secundum quid quatenus illa faciliora referuntur ad notificandum aliud ignotum: & in his unum vel est necessariò prius cognoscendum, quia alterius perfecta cognitio absque hoc anticipato haberi nequit, unde nascitur ordo *naturalis*, hinc primò ordiendum est ab universalibus ad singularia, *l.* 1. *Ph. c.* 1. à causis ad effecta. Vel unum altero ita est notius, ut unum non necessariò præexigat prius tractari, (hinc inter species ejusdem generis est ordo *arbitrarius*) sed tamen utile sit ad alius feliciorem notitiam capessendam: hoc fine egit Arist. prius de visu quàm tactu. Proinde ordo non necessariò incipit 1. à dignioribus, nec enim primò agit de homine Physicus, de syl-

de syllogismo Logicus, de justitia Ethicus, 2. à prioribus tempore, quamvis enim Metaphysica sit ultima inventione, *lib. α. Met. c.* 1. tantùm tamen abest, ut cognitione sit postrema, ut potius omnibus aliis scientiis sit prænoscenda, excipe hic methodum Chronologicam & historicam: 3. à prioribus natura, nam prius egit de visu quàm tactu Aristoteles? quamvis ordo naturæ & doctrinæ sæpè coincidant, id est, ex eventu accidentario. His positis in rei veritate unicus tantùm ordo est (neque videtur præter necessitatem multiplicandus esse.) Omnis scilicet ordo incipit à notioribus, iisque generalioribus vel prædicatione; vel causalitate. Neque est necessum ponere in Ethica novam methodum; hæc enim incipit à beatitudine, non tanquam effectu, sed tanquam causa finali notiori moventi hominem ad eliciendos actus virtuosos: At finis est prior mediis, quia horum est mensura, mensura verò cognitione prior est mensurato, *l.* 10. *Met. c.* 10.

Objicis, Ars imitatur naturam sive modus cognoscendi, sequitur modum essendi, scientiæ mensurantur à rebus: Ergò prout res naturaliter incipit, ita etiam tractari debet. *Resp.* 1. Ars imitatur naturam (non tamen rerum, sed) intellectus, ad cuius capacitatem, se debet applicare. 2. Modus cognoscendi, sequitur modum essendi, non secundum esse reale sed secundum esse objectivum, & cognoscibile, aliàs non posset intellectus rem modo confusè, modo distinctè cognoscere. 3. Scientia mensuratur à re scita quoad veritatem, non tamen illicò, quoad modum & ordinem cognoscendi.

CA-

CANON XXVII.

Τὸ ἀζύγητος δὲ ἐν ἐνίοις ἐστὶ, καὶ τῶν φύσει, l. 3. de cœl. c. 2. t. 24. Confer Probl. sect. 19. q. 38. Scal. exerc. 277. s. 5. & & 303. 6. & alibi.

In ἁρμονίαις igitur vitium, ne quis cadat, potissimùm caveat, 1. ne heterogenea (excepto brevi diexodo) & parerga l. 1. Eth. c. 7. misceantur homogeneis. 2. ne quid desit aut supersit. 3. ne παιπλόκως cramben bis coactum apponat, ad quem lapsum proclives sunt illi, qui generalia non præmittunt specialibus, quod tamen sollicitè inculcat Philosophorum, vel ob solum ordinis studium, princeps, l. 1. de part. an. c. 4. l. 2. de gen. & cor. c. 9. t. 51. l. 1. Ph. c. 1. & l. 3. Ph. t. 2. l. 3. de cœl. c. 3. t. 30. & l. 2. Ethic. c. 7.

SYLLOGÆ VI.

CONTINENS CANONES TOPICOS præcipuos.

DE PRÆDICATIS TOPICIS, ET quæ ad hæc referuntur.

CANON I.

Γένη sunt ἀδιαίρετα, l. 4. Metaph. c. 3. t. 4. *Hinc genus est totum in specie quavis.*

IMitatur genus animam rationalem, de quâ dicunt Physici, quod sit tota, in toto, & tota in quavis parte (secundum essentiam non extensionem) sic genus est totum in quavis specie *quoad essentiam*, adeò, ut animalis natura servanda sit in homi-

hominem post diem pantocritieum, quamvis bestiæ non amplius supersint. Igitur non necesse est generi supponi actu plures species, modò multiplicatio non repugnet, quod est in sapientiâ, cui repugnat multiplicari in multis speciebus, de quo videatur Clar. Scheibl. *l.*1. *Met c.*1. si tamen generis *extensionem amplitudinem & potestatem* respicias, secus se res habet: sic enim ad minimum duas differentias oppositas includit; At impossibile est duas differentias oppositas in eadem specie salvari. Συλλογίσμων Genus est in quavis specie totum, sed non totaliter & adæquatè, quia prædicatur non cõversim, *l.*1. *Topic. c.*5. Exposito Canone colligo demonstrationem ab effectu, non esse speciem demonstrationis ab Aristotele definitæ, quia in eam non cadunt omnes illæ conditiones, quæ ibi recensentur. *Objicis* genus esse partem speciei. *l.*4. *Met. c.*25. Ergò non totum. *Resp.* Genus est totum universale, & pars essentialis Metaphysica: totum est in divisione, ut confusum: pars in definitione, ut contractum. Sic lapis in domo est pars, qui extra compositionem totum quid est. Et accuratius loquendo, in ipsâ definitione genus est totum speciei, sed non respectu speciei: In simili, definitio est tota species, sed non est tota respectu speciei, aliàs species esset pars definitionis.

Canon II.

Ἐπίσης κατηγορεῖται τὸ γένος τῶν εἰδῶν, *Isag. cap.* 9. *Hinc juxta Simpl. est* ἐπὶ πλείονα καὶ κατὰ τοῦτο ὁλοκληρες.

Verus est Canon de genere univoco. (Unde species ejusdem generis sunt *simul*, non necessariò tempo-

tempore, sed naturâ, & quidem *positivè*. ad eò, ut perperam, Timpl *l.* 1. *Met. c.* 2. Intelligibilis species faciat nihil & aliquid, quæ sibi contradictoriè opponuntur.) Nam homonymum dicitur, quod ἅμα simul plura significat, non unde Latina vox (æquivocum) minus esset commoda crisi Scaligerianâ *l.* 4. *de caus. LL.* Aliàs vicinius accedunt ad naturam univocorum analoga πρὸς ἓν ὁμολογούμενα ἴσχειν, *l.* 7. *Ph. tit.* § 2. quæ ab Aristot. analoga πρὸς ἕν dicuntur, *l.* 1. *Met. c.* 2. *text.* 2. & *l.* 6. *Met. c.* 4. *tit.* 15. ab aliis analoga attributionis (non extrinsecæ, sicut sanitas attribuitur homini ὑπὸ πρῶτος, Medicinæ ποιητικῶς, cibo φυλακτικῶς, urinæ σημειωτικῶς, sed) intrinsecæ. Hæc, inquam, univoca dici possunt, juxta definitionem univocorum Aristotelicam *in categ.* non Scaligerianum, quâ univocum speciebus suis se æquè disperit, *l.* 4. *de caus. LL. c.* 9. & *exerc.* 299. *sect.* 2.

SYLLOGÆ SEXTÆ, CANONUM TOPICORUM DIATRIBE X.

Præs. M. *Iohanne Conrado Dannhawero, &c.*
Resp. *Stephano Clotz, Lippia Westphalo.*

CANON III.

Scilicet respectu suæ speciei, nam exempli gratia: Color est accidens, sed non respectu suæ speciei. Hinc album non potest esse genus nivis, *l.* 4. *Top. c.* 6.

CANON IV.

Species non miscentur: si enim miscerentur fierent, ut

essentia intenderentur ac remitterentur, Scal. exerc. 268. s. 1.

Ubi notandum species misceri sæpè quoad materiam, non quoad formam, exempli gratia, in Physicis ex materiis quatuor elementorum junctis, quibus supervenit nova forma mixti, destructis formis elementaribus fit nova species mixti. Ex materiâ seminis Equini & Asinini junctis, quibus advenit nova forma Muli fit Mulus. In politicis ex materiali, Duce nimirum Venetiano & Ἀειστος illius urbis fit forma Reipubl. mixta: repetatur *Syll.* 2. *Canon.* 2. *de numero.*

CANON V.

Species sunt veluti numeri, l. 8. Met. c. 3. tit. 10.

Ut enim 1. numerus ab unitate incipit, & est potestate divisibilis in infinitum. Sic species ab unâ radice (Deo) omnes pendent, & sunt syncategorematicè & successivè divinitus multiplicabiles in infinitum. 2. Ut numeri intendi non possunt, & salvâ sua essentia mutari quoad essentialia; sic & species: quamvis Deus possit melius (non adverbialiter, sed nominaliter) facere, quàm quod fecit quoad βελτιωσιν accidentalem, de quo Scalig. *exerc.* 249. *sect.* 3. & 5. Unde apparet, quæ species Logica (nam de Physica & accidentali, de qua loquitur Philosophus *l.* 1. *Meteor. c.* 1. teste Zabar. *l.* 2. *de qual. elem. c.* 6. Confer Perer. *l.* 13. *c.* 9. *quæst.* 6. & Fr. Murciam *l.* 4. *Ph. disp.* 1. *quæst.* 4. & *l.* 6. *Ph. c. ult.* sermo nunc non est) differunt, ea oportere differre essentialiter: hinc mas & fœmina non sunt species animalis, *l.* 10. *Met. c.* 12. *t.* 25. & 16. *c.* 3. vocantur animalis ἰδια παθη. Nam ut binarius

(talis

(talis manens) nequit mutari in ternarium, sic una species non potest mutari in aliam. Attestatur Plin. *l.* 7. *c.* 4. Fœminam in virum mutatam nomine Atescucam, & uxorem deinde duxisse. Confer Gell. *l.* 9. *c.* 4. Idipsum factum in gallinis asserit, Augustin. *l.* 3. *de Civ. Dei. c.* 31. adde Zanard. *de homine, quæst.* 59. Qui fœminas monstra esse credunt, eos refutatos, vide à Kock. *in syst. Ph. p.* 579.

CANON VI.

Species est perfectior genere, l. Categ. c. de substant. 1. Quia ἔγγιον propius singulari, & proinde esse habet magis distinctum. 2. γνωριμώτερον. 3. Μᾶλλον ὑποκείμενον. 4. Quia obtinet gradum naturæ perfectionem, ut homo præter animalitatem habet & rationalitatem: quod tamen locum tantùm habet, quando differentia est principium nobilioris operationis in specie: nam in animalibus imperfectis reptibilibus, exempli gratia, ex conceptu animalis nobiliores operationes oriuntur, quàm ex conceptibus differentialibus, *vide* Murc. *di sp.* 1. *de spec. q.* 4.

CANON VII.

Ἴδιον ἄλλοι εἶναι ἴδιον ἀδύνατον, Isag. c. 15. l. 1. Top. c. 4. *Vnde* τὰ ἴδια ἀλλήλοις ἕπεται, *sive reciprocantur*, l. 1. post. c. 3. t. 25.

Loquitur Canon 1. non de proprio κοινὸν ἴδιον, quo pacto ἀθανασία dicitur propria Dei, *lib.* 5. *Topic. c.* 1. quo etiam modo Theologis edere, dormire, &c. dicuntur propriæ humanæ naturæ: sed proprio καθ' αὑτο 2. De proprio propriè sumpto. Nam sæpè *rerum affinitas plebeios decipit animos: sapientum iudicia erigit ad formarum internoscendas varietates*, Scal.

*exer.*202.*sect.*1. hinc in homine, ait ibidem, est latratus, gannitus, ululatus, dum ea vel joco, vel diversis actus affectibus *imitatur*. Et Simia, inquit Damascen. c. 15. dial. non ridet τῇ καρδίᾳ sed χαρᾷ, cum sit μιμητικὸν ζῶον. 3. Loquitur de subjecto *primo*: nam alioquin sine μετοχῇ aut τρόπῳ proprium potest communicari intransitive tamen, subjecto secundario, sed συνδιαιρέσει. Vere enim 1. Vita (actus primi, nam corpus vere etiam vivum est in λειποθυμίᾳ, & somno, ubi actus secundus vitæ inhibetur) corpori communicatur; secus nulla relinqueretur differentia inter corpus vivum & mortuum. Cave hic vel potentiæ vitalis ὀντικῶς statuere corpus, cum simplicitati animæ non obstet, animam per se vitalem esse: vel vitam duplicare, homine namque moriente, exit vita à corpore, non extinguitur, quemadmodum lumen exit è cœnaculo. 2. Verè communicatur ferro candenti calor ἀφ' οὗ ὀργῆς, sed ἐκπεμφθείς, Damascen. *l.* 3. *c.* 17. Confer Aristot. *lib.* 2. *de part. anim. c.* 2. Nam quando ignis intra poros ferri recipitur (qui in ferro esse ostenduntur, 1. Ex contusione, qua ferri parte magis comprimuntur. 2. Fractione, quo pustulatum appareat. 3. Sono, cui index inclusi est actis. 4. Rapidiori ustione, nam illa pororum laxitas facit, ut ferrum citius igneseat, vide Scaliger *exercit.* 16. *sect.* 1.) Cave sentire, lucem aut calorem in ferro diversum ab igne immeante produci. Nam communicatio ignis est formalis, qua suamet Entitatem dat ferro, quemadmodum albedo parieti; non effectiva, qua producit entitatem à se diversam; dictitat hoc ipsum experien-

tia

ria, qua videmus in ferro ex incto igne substantialiter nihil mutatum esse. 3. Verè forma se communicant materiæ in specie anima corpori, quæro enim, hæc prædicatio, oculus hominis est visivus, sitne tropica an propria? Assumes prius, nihil discrepabit ab oculo cadaverico, qui ὁ ἀνώνυμος talis est, legatur *l.* 2. *de an. c.* 1. *n.* 9. *l.* 1. *de gener. an. c.* 19. *l.* 7. *Met. c.* 10. si propriam mavis, tunc ejus fundamentum aut est unitas, aut unio, per ea, quæ suprà *in §. l.* 1. *Can.* 4. monui, non illud, quia sic oculus per essentiam erit visivus, quod absurdum, Ergo vis visiva unita est oculo, Ergo & communicata, nam hæc immediatè se consequuntur.

OBJECTIONES PRÆCIPUÆ.

I. Aut communicantur propria omnia aut nulla non illud, quia corpori hominis non communicatur spiritualitas. Ergo hoc. 2. Proprium desinet esse proprium, & fiet commune, nam κοινότης ἐξ ἰδιότητος ὠν τελεσθῆναι, Scal. *l.* 1. *de plant.* 3. Accidens idem nequit esse in duobus subjectis, neq; *successivè*, quia non potest migrare de subjecto in subjectum: Ratio, quia accidens est actus, at determinatum hunc esse oportet: neque *simul*, cum enim idem non possit esse in pluribus recipi subjectis, à quibus accidentia pendent intimus? At læritur hoc axioma in communicatione. *Resp.* 1. Peccatur primum Logicè, nam oppositio contraria potest habere medium, quo disjunctum suppleo, assumendo hanc propositionem. Aut *quædam* propria communicantur, ita scilicet. 1. quorum subjectum secundarium est ἄπνευστον, quale non est corpus (materiale) respectu spiritualita-

tis, ubi tamen mediata περιφράσει uti licet, corpus dicam animatum anima spirituali, ferrum esse calidum calore levi, Confer *Syllog.* I. *Can.* II. 2. Quantum pertinet ad finem unionis, anima enim est unita corpori, ut id expediret, quod ipsa seipsa sola non posset; hinc intellectio, quam inorganicè seipsa expedit anima, de quo vide Jandun. *l.* 3. *de an. quæst.* 8. non denominat corpus. Et quia in altera vita hominis finis erit fruisci bonis spiritualibus, propterea ejus corpus πνευματικὸν dicetur I. *Corinth.* 15. 45. quo tamen nomine in hoc statu nondum insignitur. II. Multa in abstracto sunt opposita, quæ in concreto fiunt cõnexa, non igitur ita prorsus est absonum proprium fieri commune, etsi κοινότης & ἰδιότης differant. Deinde aliud est communicatum, aliud commune, hoc enim *æqualiter* (non ratione graduum, sed subjecti) convenit subjecto: illud minimè, manet enim differentia inter subjectum primum & secundarium: sic in communicatione κατὰ μέθεξιν exempli gratia, mobilitas competit corpori, & corporis speciebus, sed illi πρώτως, his δευτέρως pariter proprium soli competit *speciei*, commune tamen est individuis, quia est universale. Tertium argumentum facit πρὸς ἄνθρωπον, respuimus enim & ipsi μετέχεσιν, defendimus tamen μετάδοσιν. Deinde unũ accidens nequit esse in pluribus subjectis *adæquatis*, nam in inadæquatis potest, exempli gratia, fides in intellectu, & voluntate. (Nullius æstimii hîc est Chimærica opinio Bellarm. *l.* 1. *de justific. c.* 6.) & secundum Fr. Murciam *l.* 6. *Phys. disput.* 1. *q.* 3. Idem accidens potest esse in pluribus subjectis,

etsi

etsi non inhæsionis, tamen adhæsionis. In præsenti igitur subjectum adæquatum proprii communicati est *totum unitum*: principale id, cujus est proprietas primò.

Canon VIII.

Proprium ineſt παντὶ καὶ, dicitur enim ἴδιον, quaſi ἀΐδιον, Scal. l. 2. de plant. Vnde & τὰ παίδια ſunt ἀχώριστα, l. 1. Ph. c. 4. t. 39.

Notatur hîc universalitas & subjecti & temporis. Notabis 1. sermonem esse de propriis ipsis, (quæ certo & inevitabili partu naturæ proveniunt, Coll. Conimb. *l. 1. de gen. & corr. c. 4. q. 6. art. 1.* ut hinc proprium vocetur fœtus conjugii inter genus & speciem initi, *in Isag. c. 4. q. 1. art. 2.* non de propriorum actibus, qui separabiles, videantur exempla, *l. 8. Ph. c. 1. t. 12. l. 3. de an. c. 2. t. 138.* Illustre exemplum est in gravitate, quæ non gravitat in suo loco, *l. 2. de cœl. c. 9. t. 100.* hinc aquæ fluenti submersus auctor, ab eâ non deprimitur, & si quis pedem figat sub terrâ humectatâ, non sentit per pondus luteæ terræ, quod si levet pedem, tùm propendet terra ad centrum: Sic si terra perfodiatur usque ad Antipodes, lapis per foramen projectus, non ferretur, nisi ad meditullium terræ, juxta Mendoz. *disput. 3. Physic. sect. 5. §. 42.*

2. Cave hîc μυμήσεως potentiam divinam, ac si rei repugnaret tollere à subjecto proprium, ostenditur enim 1. possibilitas, hoc argumento, *quæ natura*, (in unitis, nè quis sophisticetur de attributis divinis) *potest intentionaliter: illa Deus potest realiter.* Ratio, quia ille, ut sublimior causa est, ita ita sublimiùs quoque agit, sed propria separare

natura potest intentionaliter, potest namque humana essentia salva cogitari citra proprietatem: fatetur Scalig. *exerc.* 5. *sect.* 6. proprium tametsi (natura) non possit esse à re definitâ, abesse tamen posse à definitione. Ergò hoc ipsum potest Deus realiter. 2. Quæ realiter diversa sunt, illa sunt separabilia, separabilitas enim fundamentum est realis distinctionis. At proprium & ejus subjectum, &c. Ergò sunt separabilia, at omni potentiæ vel naturali, vel obedientali respondet potentia activa saltim divina. 3. à posteriori res est in propatulo, 1. exemplo frigiditatis, quæ revera separatur ab aquâ, etsi non in totum, in tantum tamen, quantum satis est ad convincendum, non adeò esse absurdam propriorum separationem à naturæ creatore, per suspensionem influxus conservativi, actuari posse. 2. Exemplo imaginis divinæ, quæ sublata fuit à protoplasto. 3. Ex exemplo ἀνυποστάσεως, quæ revera sublata à Christi humanitate, compensata tamen est nobilioribus ἐξοχαῖς *Obicis*, sic nihil distingui proprium ab accidenti communi, de cujus ratione est esse separabile. Ex. differunt, etsi non in πῶς, tamen in πῶν ἐν sive in modo, nam 1. proprium divinitùs tantùm est separabile, accidens etiam naturaliter. 2. Illo separato maneret tamen radicale fundamentum productivum talis passionis, sive subjectum *necessariæ* competentiæ, etsi non actualis inhærentiæ: hic manet subjectum πρώτως à tali accidenti perfectibile. 2. Essentia potest cogitari sine passione, non tamen sine oppositio: At in accidenti διάστασις ἐπινοηθήναι χωρὶς χρόας λευκῆς, *Isag. cap.* 5. Deniq; Aristo-

Aristoteli naturæ tibicini objicio seipsum, *l. 1. de gen. & cor. c. 3. t. 12.* ubi asserit, τὰ πάθη χωρίστα τῶν ὑποκειμένων.

Canon IX.

Accidens est quod potest adesse & abesse citra subiecti interitum Isag. c. 5.

Accipienda hæc definitio est secundè intentionaliter, ut adesse idem sit, quod affirmare, abesse negare. Ratio 1. quia accidens est vox concreta, unde involvit notiorem secundum, quemadmodum in simili genus est concretum ex naturâ subsistratâ & genereitate, quæ est notio secunda. 2. Accidentia rationis, ut denominatio generis speciei, &c. quæ ut realiter non adsunt, sic etiam abesse realiter subjecto non possunt. 3. Pertinerent huc accidentia abstracta & prædicamentalia, ut Albedo, quæ abesse & adesse potest subjecto. At magna differentia est inter accidens prædicabile huius loci, & prædicamentale. 1. quoadmodum prædicandi, qui ibi est paronymus, ut lac est album: hic univocus, ut albedo est color. 2. Illi reliqua prædicabilia, hoc substantiæ opponitur. 3. Illud in prædicamentis potest esse substantia, ut quando niveum de tecto, ligneum de mensâ, aureum de annulo, animatum de corpore prædicatur, hoc in prædicabilibus sæpè non est accidens, ut albedo quæ species est non accidens. Objicis 1. Accidens definitur, quomodo & dividitur, sed dividitur in separabile & inseparabile & inseparabile realiter. Ergo 2. negatio pertinet ad secundam mentis operationem. Ergò abesse hîc non potest idem esse quod negare. 3. Hæc definitio etiam competeret proprio, si enim

abhomine separaretur risibilitas divinitùs, rectè posset dici, homo non est risibilis: Unde risibilitas posset de homine & affirmari & negari. §. 1. Dispar est ratio definitionis & divisionis, definitur namq; accidens, prout involvit secundam notionem: dividitur autem secundũ naturam subsstratam: simile quid usu venit in definitione & divisione generis. 2. Abesse hic non est idem, quod negare simpliciter, sed affirmare oppositum qualitatis. Sensus igitur descriptionis hujus clarior hic est; Accidens est, quod ita affirmatur de subjecto, ut etiam illius oppositum possit de eodem affirmari salvâ eius essentiâ, quomodo album & nigrum affirmari de homine possunt. Unde expirat etiam vis tertii argumenti, proprium quidem potest negari de subiecto, non tamen affirmari contraria qualitas de subiecto, neq; n. separatio proprii futura esset positiva, qua iuxta poneretur qualitas contraria. *Obiicis. Homo moritur, homo est existens*: non possunt homini adesse vel abesse citrà subiecti corruptionem. §. Si subiectum (*Homo*) sumitur secundum esse possibile, sic illæ propositiones sunt accidentales, quia accidentale est hominem existere & mori: si verò sumitur sub esse actuali, tunc hæc propositio, *Homo est existens*, est essentialis: hæc verò *homo moritur* accidentalis: quia (*ut* moritur) non significat hominem non esse, sed esse morti valdè propinquum, quod potest adesse & abesse, quia multi agonizantes sæpè eluctantur è lethali periculo. Alia plusçula de accidenti dicenda reservo in Metaphysicam.

CA-

CANON X.

Accidentis non potest esse accidens, l. 4. Met. t. 13. l. 1. post c. 18.

Εἰ μὴ ἄμφω συμβέβηκε ταυτῷ, hinc habitus immediatè recipiuntur in potentiis, ubi idem est subiectū inhæsionis & perfectionis: & relationes in suis fundamentis. 2. Accidentis non est accidens subjectivè, in quo ultimò fundetur, ejus tamen est accidens obiectivè, ut visûs color, & effectivè, ut ἐνέργειαι liberæ prodeuntes à voluntate.

CANON XI.

Omne accidens est in subjecto fini suo proportionato, Suaretz. disp. 44. s. 1. n. 9.

Secus enim frustrà esset in tali subiecto. Hinc errant, qui Logicæ subiectum dicunt esse librū, nam hic non est subjectum fini Logico (syllogizationi) proportionatum, si enim liber 10. annis jaceret in mensa, nunquā fabricaret syllogismū.

EX LOCO TOTIVS ET PARTIVM.

CANON XII.

Totum est maius suâ parte.

Loquitur Canon 1. de partibus seorsim acceptis, nam totum non est maius suis partib. sumptis simul, cum quibus realiter idem est: hinc τὸ ἁπλῶς εἶναι καὶ ἄπειρον τὸ αὐτό l. 3. Ph. c. 5. t. 37. Cōfer Scal. exer. 17. Zab. lib. 2. de Met. c. 7. Perer. lib. 7. Ph. nat. c. 19. (Nam quando Arist. dicit l. 7. Met. c. 17. non idem esse βᾶ & βῆ βᾶ, id accipio de partibus citra unionem consideratis) *Obi.* continens est maius contento, totum continet partes simul sumptas. Ergo est maius. R. illud proverbium verum est de capacita-

pacitate crassâ & physicâ non de subtili, quâ & locus continet locatum, & ei tamen adæquatur, *l.4. Ph.c.4.t.33. vide Scal.ex.5.f.3.* 2. Loquitur de toto integrali non essentiali, hoc enim non est majus suâ parte, neq; n. equus est maior corpore suo aut animâ, licet maior videri possit quantitate perfectionis, quo modo totum & perfectum sunt synonyma, *l.3. Ph.c.6.t.64. l.1.d. cœl.t.3. Scal.ex. ul.3.* Rectam oportet instituere comparationem, nam quod Joh. 6. 13. ex quinq; panibus (toto) residui manserunt 12. cophini fragmentorum, ibi panes φίσει, & in se considerati non debent confundi cum panib. miraculosè auctis. *Objicis* tritum illud, *Dimidium plus toto.* R. Vel termini hîc sumendi sunt Ethicè, ut dimidium notet mediocritatem, τὸ Totum excessum, ut sensus hic sit μετριότης πάσης ἄμεινον, ut habet Poëta. Vel τὸ plus non est quantitatis, sed expedientiæ signum. Dimidium igitur sæpè est plus, id est, utilius toto, sic in Medicinâ hellebori semidrachma prodest, integra drachma nocet.

Canon XIII.

Pars est prior toto.

Intellige 1. partem in esse absoluto, nam in φύσει pars & totum sunt simul: sic ma'è loquitur, qui asserit, cœlum (totum) prius fuisse stellis (partibus) cœlum quidem prius fuit, sed non prius totum. 2. Non loquitur de toto universali, cujus partes (species) sunt posteriores. 3. Non de prioritate dignitatis, nam sic (totum tanquam) τέλειον σπέρμα Φαπλῶς, *l.8. Ph.c.9.t.73.* cum alioquin φύσις πάντα φαύλα ποιεῖ, *Probl.f.10.q.44. Confer l.8. Ph. c.7.t.*

c.7.t.58. Obj. Pilos, dentes, cornua adnasci demum animalibus, idq; singulari naturæ consilio Scal. *ex.6.f.*15. Ergò partes sunt posteriores toto. R. Difficultatem non fugit, qui Canonem accipit de partibus principalibus: Dico igitur dentem non esse animalis partem simpliciter, sed animalis dentati, quo dens non est posterior.

Canon XIV.

Quicquid tribuitur parti tribuitur & toti. Et contra.

Loquitur Canon de natura substrata, non de iis, quæ ad formalem rationem partis spectant, hinc malè inferes, anima est pars hominis. Ergo homo est pars hominis. 2. Non vult se explicari de toto universali, nam de homine omni rectè dico, quod sit risibilis; quod tamen perperam de omni animali enunciabis. 3. Non valet in iis, quæ sunt destructiva partis, nulla igitur est sequela: Manus est amputata ab homine. Ergo homo est amputatus à seipso. 4. Intellige sæpè partis propria tribui toti, sed cum σχετικῶς ἢ ἁπλῶς, ut Æthyops est albus, sed secundum dentes.

Vicissim 1. Quicquid tribuitur toti, exempli gratia hominis, id etiam vendicatur partibus: nã secus toti homini, tribuitur mortalitas, non tamen toti hominis: sic de totâ propositione dicitur, quod sit oratio, non tamen de toto propositionis. 2. Valet Canon simpliciter in toto universali, de quo *sup. syllog.* 1. *Can.* 12. Deinde in toto essentiali, quicquid tribuitur toti perfectionis, id singulis quoq; dicitur de partibus, secus propria alterius partis (quæ est κατὰ δύναμιν) communicata toti, non possunt tribui illi parti, quæ est κατ' ἐνέργειαν

ἀτελῆ: non enim ignis dicitur ferratus, quēmadmodum ferrum denominatur ignitum. 3. In toto integrali heterogeneo, non idem prædicatum de toto & parte potest verificari; non enim sequitur homo videt. Ergò etiam pes. In homogeneo sive similari (cujus partes sunt toti συνώνυμα, *l. 1. de gen. & cor. c. 1. t. 1.* tùm, si nomina illa notant essentiam simpliciter: si vero important aggregationem partium, aut officium, aut usum totius & per consequens certam figuram aptam ad talem usum, sic variat nomen: nam quamvis, *vena*, juxta Gal. *l. 2. de elem. c. 1. & de diff. morb. 1. 3.* sit totum similare, tamen propter officium, quo vas est vehendo sanguini destinatum, non potest quælibet pars venæ vena dici, sic *fistula* non notat lignum simpliciter, sed instrumentum Musicum, nec *Mare* aquam simpliciter, sed vastum aquarum confluxum: Par de his judicium esto.) In similari igitur toto quicquid de ipso dicitur essentialiter, id etiam de partibus, non pariter quicquid contingenter, exempli gratia, de toto aëre verum est, quod sit calidus, falleris, si assumas de olympica sive media regione: de tota aqua dicitur, quod contineat navim, cave idem affirmare de parte quavis.

Canon XV.

Positis partibus omnibus ponitur totum: & sublato toto tolluntur omnes partes: & sublatâ parte tollitur totũ.

Scilicet 1. secundum esse κατὰ τὸ εἶναι: secus positis (lapidibus, lignis) non tamen ponitur illicò domus: & sublata domo non tamen desinunt lapides esse. 2. Positis partibus unitis, ne quis sophisticetur

ſticetur de anima & corpore Chriſti in triduo mortis 3. Sublata parte (principali) tollitur totum; poteſt aliàs tolli pars ſubjectiva, toto ſuperſtite, utut enim ceſſent hyeme Muſæ & noctu ἐμφρόσυνα, manet tamen natura animalis. Poteſt etiam tolli pars minus principalis, manente toto integrali, non tamen manente eodem integro, quod opponitur mutilo.

EX LOCO COMPARATORVM *Parium & ſimilium.*

Canon XVI.

Comparativus præſupponit poſitivum, l. 2. Top. c. 4.

Non procedit hic Canon negativè, néque enim Zabarella non eſt Philoſophus, ſi maximè non ſit tàm ſubtilis ac Scaliger. 2. Non procedit in prædicatis iis, quibus repugnat *abſolutè* in poſitivo dici: non igitur ſequitur, aqua eſt levior terra, ex *l. 3. de cœl. t. 9.* Ergò aqua eſt abſolutè levis. 3. Æſtimari quoq; debet hic Canon ex objecti natura, non enim ſequitur: Petrus poteſt audire majorem ſonum. Ergò etiam minorem, *vide 1. de cœl. c. 11. t. 117.*

Canon XVII.

Τὰ ξυμβλητὰ δεῖ μὴ ἔχειν διαφορὰν, μήτε ὅμοι' ὄντα *l. 7. Ph. c. 4. t. 29. ſive comparatio debet inſtitui in ima ſpecie.*

Hinc malè dices Apoſtolum Paulum eſſe doctiorem Ariſtotele, cum in diverſo genere comparentur, vide ſimile apud Zabar. *l. 2. de Met. c. 19.* Impingit hîc Bellar. quando concludit, hereticos jure poſſe occidi, quia jure poſſunt excommunicari, quia excommunicatio major pœna

eſt

est, quàm mors temporalis. Non enim comparationem instituit in eodem genere pœnæ, nam sic, qui in genere pœnæ politicæ meritus est totam, multò magis meruit fustigationem: at non licet saltum facere ex foro politico in Theologicum. Confer Dn. D. Gerhard. *tom. 6. de Magistr. polit. n.* 36.

Canon XVIII.

Canones comparatorum debent intelligi cæteris paribus.

Sic τὸ πονηρὸν ἀιώνιον, καὶ βασανισμὸς, αἰώνιος, (si scilicet quoq; sit αἰώνιος per se: non igitur sequitur pœna infernalis est æterna, Ergo melior pœna temporali) cæteris paribus, Nam Elephantus est vivacior homine *l. 4. de gen. an. c. ult.* Cœlum est durabilius corporibus animatis, Neq; tamen sunt digniora, quia cætera non sunt paria. Confer *Pror. 15. 17. l. 1. Eth. c. 6. & Zabar. l. de mist. c. ult.* Eandem patitur limitationem ex *l. 1. Eth. c. 2.* Bonum quo communius eò esse præstantius, ex quo non persuadebis Zythum esse nobiliorem potū Bromio. Pari modo simplicius esse præstantius composito intelligendum, vide Suarez. *disp. 14. s. 1. n. 3.* & præcipuè Scal. *exer. 140. s. 1.*

Canon XIX.

Καλλιώτερον, αἰσχιώτερον ἔχειν, l. 3. Top. c. 2.

Sive difficilia quæ pulchra. Potest hic Canon sumi. 1. Theoricè, & sic illa saltim difficiliora, quæ excedunt capacitatem intellectus suâ sublimitate, de quibus loquitur Arist. *l. 1. min. Mor. c. 1.* non ea, quæ eundem fugiunt suâ exiguitate, ut distinguit Scal. *exerc. 359. s. 12.* sunt pulchriora.

2. Pra-

2. Practicè hinc bonum, quo magis arduum & majori labore acquiritur, tantò habetur chariùs, propterea etiam minus liberales sunt, qui proprio sudore lautum aliquod congesserunt patrimonium, quam qui illud aliunde sunt adepti.

Canon XX.

Propter quod unumquodq; tale, idipsum magis tale, l.1.post.anal.c.2.t.15.

Valet hic canon non tantùm in causâ finali, sed & efficienti (nam *propter* præterquam, quod sit character finis, *Scal.ex.*250.*sect.* 1. est etiam nota causæ efficientis, imò omnis principii Suarez, *disp.*12.*s.*2.*n.* 2. Probat enim *l.cit.* Philosophus principia esse notiora conclusione, sed principia sunt causæ efficientes.

Obiicitur 1. Imperator habet suam dignitatem propter Proceres Septemviros. Ergo hi magis habebunt Imperatoriam dignitatem. 2. Filius est homo propter Patrem. Ergo Pater magis est homo. R. 1. Prædicatum in quo duo comparantur debet utriq; inesse; nam proceres postquam Imperatori potestatem contulerunt, eam ampliùs non habent. *Obiicis*; non sequitur, paries est albus propter pictorem. Ergò pictor est magis albus, etiam si albedo utrinq; infit. R. Non valet in causis per accidens, qualis est pictor albus, respectu albedinis in pariete; quia etiam Æthyops posset dealbare. II. Valet tantùm in prædicatis susceptivis magis & minus, quale non est homo. Confer Dn. D. Hawenreut.p.m. *ad l.a. min. Met. c.1.t.4.* & Clariss. Scheibl. *ad hunc Canonem.*

Canon XXI.

A maiori ad minus tantùm negativè argumentamur, à minori ad maius tantùm affirmativè.

Magis & minus hîc non sumitur cum Ramistis, à terminis ipsis, sed à majori vel minori probabilitate, hæc n. in Syllogismo Topico potissimùm est spectanda. Hinc non sequitur à majori ad minus, Imperator potest urbem munitissimam expugnare. E. etiam idem potest Comes. Et à minori ad maius, nulla est sequela: hîc puer non potest portare tantum plumbum. Ergò neq; id vir potest.

Canon XXII.

Finiti ad infinitum nulla est proportio, l. 8. Ph. c. 1. t. 15. & l. 2. de cœl. c. 11. t. 71.

Nulla est proportio, scil. συμμετρίας Mathematicæ: nam infiniti mensura nulla, *Scal. ex.* 359. *s.* 3. Hinc mâlè concluditur contra unionem personalem in Christo, quæ hyperphysica.

Canon XXIII.

Identitas maior præsupponit minorem.

Hinc τὸ ὂν διχῶς, καὶ ἓν διχῶς, *l.* 4. *Metaph. t.* 12.

Obiicis 1. Arist. qui *l.* 1. *Ph. t.* 68. asserit, privationem non distingui numero à materiâ, distingui tamen specie. 2. Hic homo & hic Philosophus sunt idem numero, nec tamen sunt idem specie. R. 1. Aristoteles ibi non loquitur de distinctione individuali; sed hic est sensus, privationem non habere aliquam entitatem numerabilem diversam à materiâ, cum entitas numerabilis propriè debeat esse positiva. *Fr. Murc. disp. Phys. 6. quæst. ult.* 2. Procedit regula in Identitate essentiali, non accidentali. Ca-

Canon XXIV.

Similium similis est ratio, l. 2. Topic. c. 4. *quatenus scilicet similium & respectu sui tertii: aliàs similitudo non infert identitatem*, Scal. ex. 307. s. 16.

Canones ex loco notationis & conjugatorum videantur apud Clar. Scheibl. in Topicis accurate tractati: nolo crambenbis coctam apponere.

Ex loco causarum et effectorum.

Canon XV.

Causa est prior effectu, l. 2. post. c. 17.

Loquitur de prioritate naturæ, quâ in uno instanti temporis dantur multa instantia naturæ. Tempore verò & relatione causa in actu posita, *l. 1. Ph. c. 3. t. 37.* Est simul cum effectu, *l. 2. post. c. 12. l. 2. Ph. c. 3. t. 37.* est simul cum effectu, *l. 2. post. c. 12. l. 2 Rhet. c. 23.* videatur exemplum luminis & umbræ (quæ non est mera privatio, sed exiguum lumen cum in ipsâ umbrâ illuminante, colores videamus) quæ simul sunt cum sole, apud Perer. l. 15. c. 4. *ad tert. arg. Procli. Obiicis* Arist. l. 12. *Met. t. 16.* asserere formam esse simul cum formato, causam efficientem verò posse esse priorem. *Resp.* Discrimen in hoc est, quod formæ repugnet esse priorem formato (quod notabunt ii, qui in productione animi rationalis, distinguunt inter animæ creationem, & ejusdem cum corpore unionem) causa verò efficiens saltem secundum esse absolutum possit prior esse effectu.

Ex hac simultate sequitur *positâ causâ poni causatum* in actu secundo, scilicet quoad causas voluntarias: in actu primo, quoad causas naturales,

quæ suppositis omnibus ad agendum requisitis non possunt influxum suspendere. Et alter *sublatâ causâ tolli causatum.* Hinc si in Baptismo tolleretur peccatum originale (non tantum ut non obsit, sed etiam) ut non sit, tollerentur quoq; fructus ejus concupiscentia carnis, rebellio contra spiritum: quod impugnat experientiam. *Objicis* 1. Φθείρεται δ' ἅμα οἰκία καὶ οἰκοδόμος, *l. 4. Met. t. 2. t. 3.* 2. Combustâ arbore manent poma. Resp. 1. Sublatâ causâ tollitur effectus (συνέργια non ἐνέργεια.) 2. tolluntur effectus futuri, & qui sunt in fieri, non præteriti, qui sunt in facto esse.

Canon XXVI.

Idem quatenuus idem semper facit idem.

Idem scilicet αὐτοπαθές, ut autem idem planè sit, requiritur 1. ut in ipso nulla sit facta mutatio, alioquin idem sculptor eodem cultello videtur producere formam Paridis & Therſitæ, sed ibi non est prorsus eadem causâ, cum à diversis Idéis determinetur. 2. Oportet idem manere, non tantùm secundum se, sed etiam in concausis & instrumentis & objectis, unde facile est judicare, cur Sol liquefaciat butyrum, induret lutum. De motu cordis dilativo & contractivo, videatur Suarez. *disp.* 18. *s.* 7. *n.* 34.

Canon XXVII.

Causa causæ est etiam causa causati. Et: *Qui dat formam, dat etiam consequentia formam.*

Valent hi Canones tantùm in causâ essentialiter subordinatâ, ubi à causa superiori respondet in esse, fieri & operari. Unde non rectè colliges, generans ignis esse causam levitatis vel caloris

aloris etiam in actu primo comproducti. Nam proprietates unicè & adæquatè pendent à causa proxima, à qua resultant per emanationem: neq; enim ignis est causa ignis producti, & una caloris in tali igne; Ratio sumitur à reductione ad cristinum frigus in aqua, ubi frigus adæquatè à forma aquæ reproducitur, quantum vis genus ante jam dudum abolito. At vis aquæ eadem in productione & reproductione, neutrobiq; exhausta. Vide Suarez *disp. Met. 18. s. 3. n. 3. & seqq.*

Obiicis. Procedere Canonem etiam in non essentialiter subordinatis, exempli gratia, si quis instinctu sui prodat patriam, culpa etiam redundat in patrem. R. Causa accidentaliter subordinata consideratur, vel quoad entitatem absolutam, sic filius inscio patre prodat patriam, ex hoc Canone non convincetur, Patrem causam fuisse: vel quatenus ipse causa est (moralis) ut altera agat, jubendo, suadendo, agens applicando, sic demùm causatum redit ad primam causam imputativè. Hoc posteriori modo arguitur etiam Diabolus causa primi peccati Adamici.

Canon XXVIII.

Formam à re distinguit.

Accipe Canonem 1. de forma essentiali, nam aliàs perdentatum esse, quæ est forma serræ, non distinguitur serra absolutè, à non serra, cum etiam dentatum esse possit lignum: possunt namque & materiâ secundâ res à se mutuò distingui. 2. De distinctione differentiali, alioquin res materiales & immateriales etiam distinguuntur, quatenus primò seipsis diversæ sunt.

Canon XXIX.

Finis non habet mensuram, Perer. l. 8. de cauſ. c. 2.

Ita ſanitas expetitur quanta maxima eſſe poteſt. *Obiicis.* Eruditionem appeti cum menſurâ, appetunt enim ſæpè ſtudioſi tantum, vel tantum eruditionis, unde nutriri poſſit. *Reſp.* Eruditio in hoc caſu non eſt finis, ſed medium, quod appetitur ad ſuſtentationem vitæ: vel ad aliud quid, quantum ſcilicet ſe indigere putant ad hoc vel illud munus obeundum.

Canon XXX.

Qui vult finem, vult etiam media ad finem ducentia.

Obiicis 1. Deus vult finem, pœnam peccatorum. Ergo etiam ipſa peccata. 2. Ægrotus vult finem (ſanitatem) reſpuit tamen amaram potionem. *Reſp.* 1. Negatur peccata eſſe media pœnæ; hæc enim eſt finis terminationis, non tamen cauſalitatis, nemo enim peccat, ut puniatur. 2. Qui vult finem, firmo propoſito illum acquirendi, ille etiam vult media: Ratio, quia novit non poſſe finem ſine mediis acquiri. Ægroti autem talis nudo, & ſimplici actu amant ſanitatem, aliàs media non rejicerent.

Canon XXXI.

Omnis actio eſt propter finem.

Excipe 1. actionem, quæ eſt ipſe finis, ut beatitudinem. 2. Quando agens non intendit actionem, ut ſi quis attentè quid cogitans fricat barbam, aut rodit ungues, vel ſi quis intendens capere piſces, extrahit ex aquâ aurum. Videatur Perer. *l.* 9. *c.* 6. Illud etiam obſervandum venit ex Zabar. *cx l.* 2. *de med. demonſtr. c.* 8. quod res naturales aliæ

les aliæ fiant primò ex finis, secundariò ex materiæ necessitate, exempli gratia: Ut homo ambularet, prævidit natura de materiâ, cruribus, pedibus, quorum beneficio iret: & contra, res aliæ fiunt primò ex materiæ, secundariò ex finis necessitate, exempli gratia, animalium excrementa necessariò ejiciuntur propter materiæ necessitatem. Unde in cervo ex materiæ necessitate, natura protrudit cornua, quæ primo non faciunt ad ejus tutelam, cui sunt oneri, & quem natura donavit pernicitate ad sui defensionem: neque ita prodiga est ipsa, ut uni animali multa conferat arma, sed singula singulis largitur.

EX LOCO REPVGNANTIVM.

CANON XXXII.

Contrariorum est eadem ratio, l. 7. Topic. c. 1. *& contrariorum & contrariarum ratio*, l. 1. poster. c. 12. t. 99. l. 4. Top. c. 4. *& contrariorum sunt contrarii effectus*, l. 5. Polit. c. 8.

Contrariorum est eadem ratio, 1. In prædicatis communibus, ut quia homo est animal, etiam bestia est animal. 2. Quoad modum argumentandi, eâdem enim ratione colligo albedinem disgregare visum, quâ nigredinem congregare visum ostendo. *Contrariorum est contraria ratio*: 1. In prædicatis propriis & reciprocis, sic non sequitur, albedo disgregat visum. Ergò & nigredo. 2. Quoad res ipsas in argumentatione, sic calori competit calefacere, frigori frigefacere. *Obiicis.* Vulgare illud ex hoc Canone sequi, Mala opera damnant. Ergò bona opera justificant. Resp. Negatur antecedens, sola enim ἁμαρτία damnant, sed

secun-

secundum opera mala augetur pœna damnationis.

Canon XXXIII.

Ἐναντία τὰ παρ' ἄλληλα πρῶτα, l. 2. de cœl. c. 6. t. 40. l. 3. Rhet. c. 2. l. 5. Eth. c. 1.

Sensus Canonis non hic est, quasi contrarium, exempli gratia, album, adjuvaret nigrum ad speciem producendam, quomodo enim contrarium unum fieret ab altero? Sed quando potentia visiva attendit uni illorum, nequit perfectè attendere quoque alteri, siquidem, *potentia intentior minor est ad singula sensus.* Et sic fit, ut contraria inter se posita magis eluceſcant.

Canon XXXIV.

In contrarium unum tantùm uni opponitur, l. 10. Metaph. c. 4. & l. 1. de cœl. c. 2. t. 10.

Scilicet 1. adæquatè, nam aliàs cum vitio opponitur virtus opponitur (etsi non multis, tamen) multiplici, Scal. *exerc.* 307. *sect.* 3. Loquitur Canon de contrariis extremis, hæc enim sunt *πλεῖστον ἀφεστῶτα, l.* 4. Met. c. 10. *& l.* 2. *Eth. c.* 7. sic albedo uni nigredini opponitur, quamvis multi interjaceant colores medii. Confer *lib.* 4. *de cœl. c.* 5. *t.* 38.

Canon XXXV.

Quot modis dicitur unum oppositorum, tot & alterum.

Non loquitur Canon de numero sed distinctione & ὁμωνυμίᾳ eorundem, vide exemplum *l.* 4. *de part. anim. c.* 2. *in fin.*

Canon XXXVI.

Posito uno contrariorum ponitur & alterum, l. 2. de cœl. c. 3. t. 18.

Hic

Hic Canon est universalis de relativè oppositis, quæ naturâ sunt simul, non 1. de oppositis contrariè, posset enim divinitus ignis servari cum suo calore, citra aquam & ejus frigus. 2. Loquitur Canon de positione in mundo, non de positione in subjecto, nam sic τὰ ἐναντία οὐκ ἐνδέχεται συνδιάζειν, *l. 2. de gen. & cor. c. 3. t. 16 l. 3. Met. c. 6. t. 27. l. Categ. c. 11. 3.* Loquitur de contrariis propriè dictis, id est, positivis hinc malè inferes ex oppositis his contradictoriis, Datur summum bonum. Ergo dandum etiam est summum malum, quod est non Ens.

Canon XXXVI.

Privativa particula A non semper notat privationem, sed imbecillitatem sæpè, l. 4. Met. c. 22.

Hoc pacto ἄτομον dicitur, vel quod omninò dividi nequit, ut στιγμὴ, punctus, vel quod est δυσμιγὲς difficulter divisibile, ut Adamas, *Damasc. c. 11. dial.* Sic & ἀσυμμέτρητον, *l. 1. post. c. 11. t. 89.* ἀδύνατον, *l. 1. de cœl. cap. 11. t. 111. &* ἄπειρον, *l. 3. Ph. c. 4. t. 34.*

Canon XXXVIII.

Amplioris ambitus est negatio, quàm privatio, Scal. exer. 80. sect. 4.

Nam ἀπόφασις est mera ἀπόφασις, ἐν τῷ τυχόντι ὑποκειμένῳ πῇ φύσις γένηται, καθ' ἣν χέρεται ἡ στέρησις, *l. 3. Met. c. 2. t. 4. & l. c. 6. t. 27.* Privatio negatur in certo subjecto, cum certis conditionibus, quæ sunt quadruplices, *in se, supra se, infra se & circa se*, ut eleganter docet Christ. Matth. *in syst. Log. p. 212.* Hinc pisces non rectè dicitur mutus, ratio, quia ἕξις καὶ στέρησις λέγεται περὶ τὸ αὐτό, *l. Categ. c. 10. & l. de somn & vig. c. 1.*

Ca-

CANON XXXIX.

A privatione ad habitum non datur regressus, l. Categ. c. 10. Confer l. 5. Ph. c. 4. t. 36. & l. 2. de gen. & cor. c. 11. t. ult.

Scilicet totali, ubi omnes causæ sunt sublatæ, ut in homine mortuo. Secus in aëre reproducitur lumen, qui a Sol (causa) nondum est abolitus.

EX LOCO TESTIMONIORUM.

CANON XL.

Τὸ πρεσβύτερον πιστότερον. l. 1. Met. c. 3.

Cæteris paribus, si utrumq; verum sit, neque falsum vetus præponendum novo vero.

CANON XLI.

Veritas contemplativa pendet ab obiecto, Practica & Theologica à loquente.

Prius membrum habetur *l. 6. Met. c. ult.* Sic verba rebus non personis æstimanda sunt, Seneca: hic non faciendum est ex intellectu nostro mancipium alienæ libidinis, *Scal. exerc. 6. sect. 4.* Scribere præcepta sine rationibus est aliquo modo Tyrannidem exercere Corn. Mart. *l. 2. de enunc. c. 4.* Nobilis est ingenii, sequi doctrinam communiorem, nisi urgenti fundamento prematur, Mendoz. *disp. 10. sect. 3. §. 23.* Confer nectarea verba Philosophi *l. 1. Eth. c. 6. l. 1. de an. c. 2. t. 19. Scal. exerc. 160. s. 3.* In practica veritate multum valent, præsertim apud Jurisconsultos leges Imperatoriæ & responsa prudentum, ubi tamen juxta Eurip.

——— Λόγος ἐκτὸς ἀδοξίαν ἴσχει,
Καὶ τοῦ δοκοῦντος αὐτὸς, ἢ πιστὸν φίλου.

CA-

CANON XLII.

Artifici in suâ arte credendum est, l. 1. Top. cap. 8. in fin.

Hinc Apelles correctionem sutoris de calceo à se picto libenter recipit dat: sed cum idem sutor etiam de tunica judicare vellet; ipsum abegit: unde natum Proverbium: *Ne sutor ultra crepidam.*

CANON XLIII.

A testimonio non licet argumentari negativè.

Tùm scilicet si negatio præponatur verbo testandi: si verò postponatur, licet. Etiam in testimonio divino (extra articulos fidei) non procedit negativè e. g. nulla fit mentio Iridis ante diluvium in scriptura. Ergò ante diluvium non fuit.

Plures Canones cum suis limitationibus videantur in Topicis Clariss. Scheibleri accuratè collecti.

Rex homo dive tibi cœlesti ὁμοούσιε Patri,
Sit laus palmaris, gloria & omnis honor.

FINIS.

CANON XIII.